

putantur nisi quæ jure hæreditario percepta sunt: secus in Trebellianicam. Revera principium legis loquitur de legatis, paragraphus autem primus de integrâ hæreditate restituendâ & de fideicommissis. V. f. n. 21.

Filium quem habentem fundum, portionem hæreditatis fratribus & quibusdam aliis sub conditione verbis precariis restituere sanxit testator c: post ejus eventum hæreditariâ parte prædii in quartâ ratione retentâ, compensato præterea quod à cohæredibus vice mutuâ percepit, & si quid deest, in supplementum deducto, quod à cæteris in eo fundo solvitur, supra quartam habens, reddere compellitur. l. 24. C. fam. etc.

c In restitutione universali portionis suæ filius legitimam nondum deducebat tempore hujus legis 24. sed tantum Trebellianicam. Imputat autem in Trebellianicam quæ ut hæres capit; id est, à seipso in legato sibi relicto. Item imputat quæ c: p: tanquam legatarius à cohæredibus suis in eodem legato, ad discrimen falcidiæ. Porro fundus filio prælegatus vel excedit ejus Trebellianicam, vel est infra. Si excedit, filius reddere compellitur quod supra quartam habet. Si fundus non attingit totam Trebellianicam, cohæredes quibus sit restitutio portionis à filio tenentur ipsi supplere quod deest quando filius tenetur restituere portionem hæreditatis, computari debet in eâ pars fundi legati quem à seipso capit, quia capit eam ut hæres.

Aliud in legatis & fideicommissis particularibus. V. f. n. 21.

## XLVI.

Scire debes, omissâ falcidiâ, quò plenior fidem restituendæ portionis exhiberet, non videri plus debito solutum esse d. l. 1. C. eod.

d V. legem 5. §. 13. 14. de donationibus inter virum & uxorem.

Error facti quartæ ex causâ fideicommissi non retentæ, repetitionem non impedit c. Is autem, qui sciens se posse retinere, universum restituit, conditionem non habet: quin etiam si jus ignoraverit, cessat repetitio. l. 9. C. eod.

Sive solverit, sive super hoc cautionem fecerit, æquitatis ratio similia suadere videtur. l. ult. in f. c. eod.

e V. legem 68. §. 1. ad Trebellianum. n. 86.

## XLVII.

In imponendâ ratione legis falcidiæ, omne æs alienum deditur: etiam quod ipsi hæredi mortis tempore debitum fuerit, quamvis aditione hæreditatis confusæ sint actiones. l. 6. C. eod.

## TITULUS III.

Si cui plus quam per legem falcidiam licuerit, legatum esse dicetur.

## I.

CUM dicitur lex falcidia locum habere, arbiter dari solet, ad incundam quantitatem honorum; tamen si unus aliquid modicum fideicommissum persequatur. Quæ computatio præjudicare non debet cæteris qui ad arbitrum missi non sunt a. Solet tamen ab hærede etiam cæteris denunciari fideicommissariis, ut veniant ad arbitrum ibique causam suam agant. Plerumque & creditoribus, ut de ære alieno probent. l. 1. §. 6.

a Res inter alios æstimata aliis non nocet, & maximè si non respondente hærede & per contumaciam ejus æstimatio facta sit, tunc enim non creditur jus ex sententiâ judicis fieri l. 17. §. 1. de inofficioso testamento.



## LIBER XXXVI.

## TITULUS I.

Ad senatusconsultum Trebellianum.

## I.

CUM esset æquissimum in omnibus fideicommissariis hæreditatibus, si qua de his bonis judicia penderent, ex his eos subire, in quos jus fructusque transferetur, potius quàm cuique periculosam esse fidem suam: placet ut actiones, quæ in hæredem hæredibusque dari solent, eas neque in eos, neque iis dari qui fidei suæ commissum, sicut rogati essent, restituisent, sed his & in eos, quibus ex testamento fideicommissum restitutum fuisset: quo magis in reliquum confirmetur suprema defunctorum voluntates. l. 1. §. 2.

Sed quia hæredes scripti, cum aut totam hæreditatem aut penè totam plerumque restituere rogabantur, adire hæreditatem ob nullum vel minimum lucrum recusabant, atque ob id exstinguiebantur fideicommissa: postea Vespasiani Augusti temporibus, Pegaso & Pustone consulibus, senatus censuit, ut ei, qui rogatus esset hæreditatem restituere, perindè liceret quartam partem retinere, atque ex lege falcidiâ ex legatis retinere conceditur. Ex singulis quoque rebus a, quæ per fideicommissum relinquuntur, eadem retentio permessa est. §. 5. inst. de fideicom. hæred.

a La loi 1. §. 16. dit: Si hæres præcepto fundo rogatus sit hæreditatem restituere, restituet, nec multum facit si fundus pignori datus est, neque enim æris alieni personalis actio fundum sequitur, sed eum cui hæreditas restituta est. V. l. 50. §. 1. de judiciis. l. ult. C. de hæreditariis actionibus. l. 15. C. de donationibus.

## II.

Inde Neratius scribit: si hæres rogatus restituere totam hæreditatem, non deductâ falcidiâ rogato & ipse (ut) alii restituat b: non utique debere eum detrahere fideicommissario secundo quartam, nisi liberalitatem tantum ad priorem fideicommissarium hæres voluit pertinere. l. 1. §. 19. V. l. 55. §. 2. V. f. ad leg. falc. l. 47. §. 1.

b Cambolas 5. 27.

## III.

Quod ad jus publicum attinet (filiusfamilias c) non sequitur jus potestatis. l. 14. V. l. 77. de judiciis.

c Si quis filiusfamilias sit, & magistratum gerat; patrem suum, in cujus est potestate, cogere poterit suspectam dicentem hæreditatem, adire & restituere. l. 13. §. ult.

## IV.

Ex facto tractatum est, an per fideicommissum rogari quis possit, ut aliquem hæredem faciat? Et senatus censuit rogari quidem quem, ut aliquem hæredem faciat, non posse; verum videri per hoc rogasse, ut hæreditatem suam ei restituat: id est, quidquid ex hæreditate suâ consecutus est, ut ei restitueret d. l. 17.

d Ratio hujus legis, quòd testator non potest præripere hæredi suo facultatem sibi alterum hæredem instituendi, quia testamentum est voluntatis nostræ sententia, non alienæ. Imo & hæres non potest sibi hanc facultatem præripere: præterea testator non potest hæredem suum onerare ultra valorem hæreditatis suæ.

## V.

Si quis (rogatus, ut, sine liberis decessisset, restitueret hæreditatem) susceperit quidem filium, verum vivus omiserit, videbitur sine liberis decessisse. l. 17. §. 7. d. l. §. 5.

## VI.

Sed si naufragio, vel ruinâ, vel adgressu, vel quo alio modo (filius) simul cum patre perierit, an conditio (si sine liberis pater decederet) defecerit, videamus? Et magis non defecisse arbitror, quia non est

Totum jus hæreditatis ab hærede testitante transit ad fideicommissarium, retentâ quartâ, si ipse velit.

Si plures sint gradus fideicommissi, solus unus quartam retinet.

Jus patriæ potestatis jure publico non derogat.

Fideicommissum rogatus ut quem hæredem instituat, non de juâ, sed de testatoris hæreditate rogatus videtur.

Sine liberis decessit, qui quos susceperat vivus amiserit.

Patre & filio simul morientibus, extitit conditio, si sine liberis pater decederet.

Qui non retentâ falcidiâ solvit vel promisit, eâ non vitur.

In ratione falcidiæ omne æs alienum deditur etiam quod hæredi debetur.

Propter falcidiam & æs alienum æstimanda bona advocatis legatariis & creditoribus.

verum filium ejus supervixisse. Aut igitur filius supervixit patri & extinxit conditionem fideicommissi: aut non supervixit, & extitit conditio e. Cùm autem quis ante, & quis postea decesserit, non apparet, extitisse conditionem fideicommissi magis dicendum est. l. 17. §. penult.

e Ratio quia testator prætulit fideicommissarium cuilibet, excepto filio hæredis: cùm ergo filius non potest hæreditate frui, fideicommissarius admitti debet ex præsumptâ voluntate. Nec distinguendum utrum filius pubes vel impubes sit, ut in tit. de rebus dubiis. Præsumptio enim quæ ex ætate sumitur est subsidia-ria cuilibet alteri juris rationi. V. n. 6. 7. 8. 9. de rebus dubiis.

Cur non hîc præsumitur supervixisse filius patri f, ut in l. 9. §. 1. ff. de reb. dub? V. infra h. t. l. 34.

f Scilicet in favorem fideicommissi & ut valeat.

VII.

Si quis ita fideicommissum reliquerit, *fidei tuæ, fili, committo, ut si alieno hærede moriaris, restituas Seio hæreditatem*, videri eum de liberis sensisse D. Pius rescripsit: & ideo, cùm quidam sine liberis decederet, avunculum ab intestato bonorum possessorem habens, extitisse conditionem fideicommissi rescripsit. l. 17. §. ult. Paris. 325.

VIII.

In fideicommissariâ hæreditatis restitutione constat non venire fructus, nisi mora facta est: aut cùm quis specialiter fuerit rogatus & fructus restituere. l. 18. l. 57.

Quoties quis rogatur hæreditatem restituere, id videtur rogatus reddere g quod fuit hæreditatis. Fructus autem non hæreditati, sed ipsis rebus accepto feruntur. d. l. §. 2.

g Item restituuntur ipso jure post plures annos alimenta legata, pensiones annuæ legata. l. 10. §. 1. de alimentis legatis.

IX.

Sed fructus in quartam imputantur. l. 18. §. 1.

Ante diem fideicommissi cedentem fructus & usuræ, quas debitores hæreditarii, cùm postea cessisset dies, solverunt, item mercedes prædiorum ab hærede perceptæ, portioni quadrantis imputabuntur. l. 58. §. 5. V. infra l. 22. §. 2. & 3.

Jubemus quoties pater, vel mater, filio seu filiâ, filiis vel filiabus, ex æquis vel inæquis partibus hæredibus institutis, invicem seu simpliciter quosdam ex his, aut quemdam rogaverit, *quæ prior sine liberis decesserit, portionem hæreditatis suæ superstiti seu superstitibus restituere*: ut omnibus modis retentâ quartâ pro autoritate Trebelliani senatusconsulti, non per imputationem redituum, licet hoc testator rogaverit vel jusserit, sed de ipsis rebus hæreditariis, dodrans restituatur h. Idemque in retinendâ legis falcidiæ portione obtinere jubemus: & si pater, vel mater, filio seu filiâ institutis (sicut supra scriptum est) hæredibus, rogaverit eos casve nepotibus vel neptibus, pronepotibus vel proneptibus suis, *ad deinceps restituere hæreditatem*. l. 6. C. eod. V. §. ult.

h La raison pour laquelle fructus non imputantur filio in quartam Trebellianicam, est quia tempore Justiniani filius non deducebat duas quartas, sed ista jurisprudentia postea tantum introducta est. Porrò licet filius oneratus fideicommissio deducat legitimam & Trebellianicam, tamen oneratus legatis non potest legitimam & falcidiam simul deducere, nec jus quod in Trebellianicâ obtinuit tractum est ad similem causam falcidiæ.

X.

Si ad tempus liberorum fuerit legatum relictum, & is uxore prægnante decesserit; ad hæredem suum transfertur legatum. l. 20.

Is, cui ita legatum est, *quandoque liberos habuerit, si prægnante uxore relictâ decesserit, intelligitur expletâ conditione decessisse i*, & legatum valere; si tamen posthumus natus fuerit. l. 18. ff. quando dies leg. ced.

i Ergo qui in utero est prodest aliis antequam natus sit; contra l. 7. de statu hominum.

XI.

Si hæres post multum temporis restituat, cùm præfenti die fideicommissum sit, deductâ quartâ restituet.

Fructus enim qui percepti sunt negligentia petentis, non judicio defuncti percepti videntur. Alia causa est, si sub conditione, vel in diem rogatus fuerit. Tunc enim quod percipitur, summovet falcidiam, si tantum fuerit quantum quartam facit, & quartæ fructus. Nam fructus qui medio tempore percepti sunt, ex judicio testantis percepti videntur. l. 22. §. 2.

V. f. ad leg. falcid. n. 21. & n. 27.

XII.

Si quis rogetur restituere hæreditatem, & vel servi decesserint, vel aliæ res perierint, placet non cogi eum reddere, quod non habet. Culpæ planè reddere rationem, sed ejus quæ dolo proxima est. l. 22. §. 3.

XIII.

Si quem sumptum fecit hæres in res hæreditarias, detrahet l. l. 22. §. 3. m.

l Quid des réparations qui se trouvent à faire dans les biens substitués au jour de l'ouverture de la substitution. L'héritier grevé en est-il tenu sur les fruits qu'il a perçus dans la suite? V. l. 48. de rei vindicatione.

m De sumptionibus litium vide l. 1. C. de bonis maternis.

XIV.

Cùm proponeretur quidam filiam suam hæredem instituisse, & rogasse eam, *ut si sine liberis decessisset, hæreditatem Titio restitueret*, eamque dotem marito dedisse certæ quantitatis, mox decedens sine liberis, hæredem instituisse maritum suum, & quæreretur an dos detrahi possit? Dixi, *non posse dici in eversionem fideicommissi factum quod è mulieris pudicitia & patris voto congruebat*. Quare dicendum est, dotem decedere, ac si, quod superfuisset, rogata esset restituere. l. 22. §. 4. V. Nov, 39. c. 1. V. f. de leg. 3º. n. 29. l. ult. §. 5. de legatis 2º.

XV.

Quoties paterfamilias unum vel duos hæredes cohæredibus suis restituere hæreditatem jubet, intelligitur easdem partes in fideicommissis facere, quas in hæreditate distribuendâ fecerit. l. 23. V. l. 78: §. 4. & 5.

Nonnunquam autem ex voluntate variè rescriptum & judicatum est: videlicet si non sub appellatione hæredum, sed propriis nominibus expressis n, fideicommissum relinquatur. l. 24. V. f. l. 54. §. ult. de leg. 1º.

n Expressio nominum partes æquales facit. V. l. 56. de conditionibus & demonstrationibus.

XVI.

Multum interest, utrum quarta pars jure hæreditario retineatur, an verò in re, vel pecuniâ. Nam superiore casu actiones dividuntur inter hæredem, & fideicommissarium: posteriore verò apud fideicommissarium sunt actiones. l. 30. §. 3.

Ad eum, cui ex Trebelliano senatusconsulto pars hæreditatis restituitur, successionis onera, seu legatorum præstationem pro competenti portione spectare, indubitati juris est. l. 2. C. eod.

XVII.

Si ejus qui novissimus ex filiis mortuus est, partem o hæreditatis propinquo voluit pater restitui, & simul fratres diem suum obiissent, propinquum, si non ostenderit quis novissimus obiisset, ad partem hæreditatis non admitti: sed matrem ex Tertulliano senatusconsulto ad utriusque hæreditatem admitti constat. l. 34. V. f. l. 17. §. pen. & l. 9. §. 1. de reb. dub. p.

o Ratio, quia substitus probare debet, ut pote actor, quis novissimus decesserit, si quidem in ejus dumtaxat partem vocatus est, non in omnem hæreditatem.

p L. 11. de bonorum possessione secundum tabulas. V. contra l. 24. de vulgari substitutione.

XVIII.

Imperator Hadrianus, cùm Vivius Cerealis filio suo Vivio Simonidi, *si in potestate suâ esse desisset, hæreditatem restituere rogatus esset*, ac multa in fraudem (fideicommissi) fieri probaretur q: restitui hæreditatem filio jussit, ita ne quid in eâ pecuniâ, quam-

q Si certa portio hæreditatis alicui relicta proponitur, & is res hæreditarias quasdam furatus sit, in his rebus quas subtrahit denegari ei petitionem oportere, rectè respondetur. l. 48.

hæres post diem fideicommissi ex negligentia fideicommissarii percipit, quartam non minuunt.

Ante diem percepti fructus quartam minuunt.

Hæres in fideicommissio culpam præstat dolo proximam

Et sumptus detrahit.

Rogatâ à patre filiâ hæreditatem restituere, dos ejus fideicommissio decedit.

Cohæredibus restituenda hæreditas pro eorum portionibus distribuitur, nisi aliud testatorem voluisse appareat.

Hæres qui portionem hæreditatis habet pro falcidiâ onera patitur: non is qui pecuniam retinet vel rem certam.

Substitutum novissimè morturo ex filiis si simul moriantur, excludit eorum matrem.

Fraudator fideicommissi pater restituere cogitur filio ante conditionis eventum: sed egenti patri subveniendum.

diu

Hæc verba si alieno hærede moriaris solos liberos excipiunt.

Fructus non veniunt in fideicommissio nisi ex morâ, aut si id testator voluerit.

Fructus quartam minuunt extraneis hæredibus, non liberis.

Decedens uxore prægnante transfert legatum quod ad tempus liberorum collatum erat.

Fructus quos

diu filius ejus viveret, juris haberet: nam quia cautiones non poterant interponi conservatâ patriâ potestate, damnus conditionis propter fraudem inflexit. Post decreti autem auctoritatem in eâ hereditate filio militi comparari debuit, si res à possessoribus peti, vel etiam cum debitoribus agi oporteret: sed paternæ reverentiæ congruum est, egente forte patri, officio judicis, ex accessionibus hereditariis emolumentum præstari. l. 50.

hic. V. l. 71. §. ult. de acquirendâ vel omittendâ hereditate. r. Fraus pro conditionis eventu est.

## XIX.

Qui fideicommissam hereditatem ex Trebelliano, cum suspecta diceretur, totam recipit, si ipse quoque rogatus sit alii restituere, totam restituere cogitur. Et erit in hac quoque restitutione Trebelliano locus. Quartam enim falcidiae jure fideicommissarius retinere non potuit. Nec ad rem pertinet, quod nisi prior, ut adiretur hereditas, desiderasset, fideicommissum secundo loco datum intercidisset. Cum enim semel adita est hereditas omnis defuncti voluntas rata constituitur. Non est contrarium quod legata cætera non ultra dodrantem præstat. Aliud est enim ex personâ heredis conveniri; aliud proprio nomine defuncti precibus adstringi. l. 55. §. 2. l. 1. §. 19.

Lex 54. ait: Titius rogatus est quod ex hereditate superfuisset Mævio restituere. Quod medio tempore alienatum vel diminutum est peti non poterit, si non intervertendi fideicommissi gratiâ tale aliquid factum proberetur. V. n. 108. C. 1. l. 70. infra. l. 71. de legatis 2°. l. 16. C. de fideicommissis infra n. 20. t. Qui defuncto immediatè non succedit, non retinet quartam. l. 1. §. 19. supra.

## XX.

Heredes mei quidquid ad eos ex hereditate bonisve meis pervenerit, id omne post mortem suam restituant patriæ meæ colonia Beneventanorum: nihil de fructibus pendente conditione perceptis petitum videri constitit. l. 57. V. l. 18.

Cum virum prudentissimum Papinianum respondisse non ignoremus, etiam legata hujusmodi fideicommissis contineri, id est, ubi hæres rogatus fuerit, quidquid ex hereditate ad eum pervenerit post mortem restituere; animadvertimus etiam præceptionis compendium testatoris verbis comprehensum esse. Sanè quoniam in fideicommissis voluntas magis quam verba plerumque intuenda est: si quas pro rei veritate prætereâ probationes habes, ad commendandam hanc patris voluntatem quam fuisse adseveras, apud præsidem, (provinciae) experiri non veraris. l. 16. C. de fideic.

## XXI.

Cum ita fuerat scriptum: Fidei filiorum meorum committo, ut si quis eorum sine liberis prior diem suum obierit, partem suam superstiti fratri restituat. Quod si uterque sine liberis diem suum obierit, omnem hereditatem ad neptem meam Claudiam pervenire volo: defuncto altero superstite filio, novissimo autem sine liberis, neptis primâ quidem facie, propter conditionis verba, non admitti videbatur; sed cum in fideicommissis voluntatem spectari conveniat, absurdum esse respondi, cessante primâ substitutione, partis nepti petitionem denegari, quam totam habere voluit avus, si novissimus fratris quoque portionem suscepisset. l. 57. §. 1.

## XXII.

Peto de te, uxor carissima, uti cum morieris hereditatem meam restituas filiis meis vel uni eorum u, vel nepotibus meis; vel cui volueris: vel cognatis meis, si cui voles ex totâ cognatione meâ: inter filios respondi substitutionem fideicommissi factam videri; circa nepotes autem, (&) cæteros cognatos, facultatem eligendi datam: ex cæteris autem cognatis, si nepotes superessent, non rectè mulierem electuram; propter gradus fideicommissi præscriptos; deficiente verò gradu nepotum, ex cognatis quam velit personam eligi posse. l. 57. §. 2. x.

u Datur matri electio inter nepotes non autem inter liberos quia hæc verba uni eorum, non hoc significant cui voluerit, Tome II.

sed hoc uni filiorum si forte unus superstes fuerit cum morieris. \* V. leg 77. §. penult. de legatis 2°.

## XXIII.

Cum hereditas ex causâ fideicommissi in tempus restituenda est y; non idcirco nominum periculum ad heredem pertinebit, quod hæres à quibusdam pecuniam exigerit. l. 58. §. 1. z.

y La loi 35. de rebus creditis, dit: Periculum novum ad eum ejus culpâ deterius factum probatur, pertinet.

z V. legem 17. §. 18. de legatis 2°. V. h. l. 70. §. ult. n. 27.

## XXIV.

Cum autem post mortem suam rogatus hereditatem restituere, res hereditarias distrahere non cogatur hæres a, fortium quæ de pretiis earum redigi potuerunt, usuræ propter usum medii temporis perceptæ non videbuntur. Denique nec periculum mancipiorum, aut urbanorum prædiorum præstare cogitur: sed nihilominus usus & casus eorum quadrantem quoque deminuit. l. 58. §. 6. b.

a Idem du donataire mutuel & de l'usufruitier, qui ont droit de jouir en nature des choses quæ usu deteruntur, comme des meubles meublans & des maisons; mais ceux qui n'ont qu'un usufruit, n'ont pas droit de jouir des meubles en espece: Secus du grevé, quia ante tempus restitutionis il est propriétaire. Fructuarius frui debet salvâ rei substantiâ. b V. l. 13. §. 1. l. 14. de verborum significatione. l. 9. §. 3. Usufructuarius quemadmodum caveat.

## XXV.

Cum prætor, cognitâ causâ, per errorem, vel etiam ambitiosè juberet hereditatem, ut ex fideicommissis, restitui, etiam publicè interest restitui, propter rerum judicatarum auctoritatem. l. 65. §. 2. V. l. 11. ff. de just. & jure.

c Prætor quoque jus reddere dicitur etiam cum iniquè decernit, relatione scilicet habitâ non ad id quod ita prætor fecit, sed ad illud quod prætorem convenit.

## XXVI.

Si totam hereditatem rogatus restituere tu spontè adieris, & sine deductione quartæ partis, restituëris, difficilè quidem credideris per ignorantiam magis d, non explendi fideicommissi causa fecisse. Sed si probaveris per errorem te quartam non retinuisse, recuperare eam poteris l. 68. §. 1. V. l. ad leg. falc. n. 46 ex leg. 9 & l. ult. C. ad leg. falc.

d Nota. Error judicis vocatur stultitia in jure. l. 51. De evictionibus. l. 3. §. 5. De Carboniano edicto.

## XXVII.

Si temporalis actio in hereditate relicta fuerit, tempus quo hæres experiri ante restitutam hereditatem potuit, imputabitur ei cui restituta fuerit. l. 70. §. ult. f.

e Quid est temporalis actio? Nam jure digestorum actiones principales erant perpetuæ. V. l. 58. §. 1. h. l. 18. §. 1. Quemadmodum servitutes amittuntur. f V. legem ult. De legatis 2°. l. 3. §. 3. C. Communia de legatis. & l. 3. de usufruct. leg. Distinguo: S'il s'agit d'acquérir les biens de la substitution par prescription, la prescription ne peut avoir lieu quand la substitution a été publiée; mais quand il ne s'agit que de se libérer par prescription, cela se peut, quoique la publication ait été faite. 1°. Parce que le grevé peut libérer le débiteur en lui donnant quittance: or la prescription tient lieu de paiement, puisqu'elle est présumée paiement. 2°. Le débiteur ne doit pas être de plus mauvaise condition, parce que son créancier a fait une substitution. l De obligationibus & actionibus. Nota. Le substitué pourroit interrompre cette prescription en agissant contre le débiteur ad declarationem juris, & en saisissant entre ses mains pour empêcher que le paiement se fit sans lui, afin de veiller au rempli. l. ult. in fine. De transactionibus. l. 44. de re judicata.

## XXVIII.

Hæres ejus qui post mortem suam rogatus erat universam hereditatem restituere, minimam quantitatem quam solam in bonis fuisse dicebat, his quibus fideicommissum debebatur restituere: postea repertis instrumentis, apparuit quadruplo amplius in hereditate fuisse. Quæsitum est, an in reliquum fideicommissi nomine conveniri possit? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, si non transactum esset, posse. l. 78. §. ult. g

g V. legem 9. §. De transactionibus. l. 3. §. 1. l. 6. eod.

u

Ad heredem non pertinet periculum nominum, etsi à quibusdam pecuniam exegerit.

Quamvis hæres distrahere peritura non cogatur, eorum pretia, si pereant, aut minuantur, quartam minuant.

Publicè interest etiam perperam judicatum parere.

Qui per errorem facti quartam non retinuit, eam petere potest.

Nocet fideicommissario prescriptio contra heredem.

Si quis invenitur in hereditate quam restituerat hæres, is tenebitur, nisi sine ejus do transactum

Fideicommissarius qui & ipse rogatus est alteri restituere non retinet quartam.

Aditâ hereditate, firmatur tota causa testamenti.

His verbis, quidquid ex hereditate, vel bonis, non continentur fructus quos hæres perceperit pendente restitutione: sed legata sibi, & præceptiones continentur.

Ex fideicommissis nepti ab avo, si uterque filiorum sine liberis decefferit, primo relicta liberis, mortuo secundo sine liberis, neptis secundo succedit.

Hæc verba, filiis meis, vel uni eorum, vel nepotibus, vel cui volueris, substitutionem faciunt inter filios, inter nepotes dant jus eligendi.

## TITULUS II.

## Quando dies legatorum vel fideicommissorum cedat.

## I.

**M**ORTUO patre, licet vivo pupillo, dies legatorum à substituto datorum cedit *a*. l. 1. l. 7. §. 3 & 4.

*a* Illud falsissimum est in substitutione pupillari: si quidem substitutio pupillaris non retrahitur ad initium, nec substitutus pupillariter capit fructus qui à pupillo percepti sunt & consumpti. Unde legatarius qui legatum petere potest à substituto pupillariter dumtaxat, illud non transmittit; & ut lex ista primum locum inveniat, debet intelligi de substitutione vulgari tantum.

## II.

Si purè sit ususfructus legatus, vel usus, vel habitatio, neque eorum dies ante aditam hæreditatem cedit, neque petitio ad hæredem transit. Item & si ex die sit ususfructus relictus. Nam cum ad hæredem non transferatur, frustra est *b*, si ante quis diem ejus cedere dixerit. l. 2. & l. 3.

*b* Licet ususfructus ad hæredem non transmittatur, tamen multum interest fructuarii usumfructum non retardari per moram hæredis, ut fructus perceptos post mortem testatoris fructuarius possit ad hæredes transmittere.

Ususfructus sui naturâ ad hæredes legatarii transmitti non patitur: quia neque à morte testatoris neque ab aditâ hæreditate, quantum ad transmissionem, dies ejus cedit. l. un. §. 6. C. de caduc. toll. v. inf. l. 12. §. 3. n. 12.

## III.

Si cum hæres morietur, legetur *c*, conditionale legatum est: denique vivo hærede defunctus legatarius ad hæredem non transfert. l. 4.

*c* Si legetur legatario cum ipse morietur, pro legato puro habetur & transmittitur ad hæredem, licet legatum sit in diem, quia dies certus est.

Tale legatum cum morietur hæres dato, certum est debitum (iri) Et tamen ad hæredem legatarii non transit, si vivo hærede decedat. l. 13. in fin. V. l. de condit. & dem. l. 1. §. 2. & l. 75. V. inf. n. 6. ex l. un. C. de cad. toll.

## IV.

Si verò, cum ipse legatarius morietur, *d* legeretur ei, certum est legatum ad hæredem transmitti. l. 4. §. 1.

*d* Primum mortis tempus vitæ anumerantur.

## V.

Si post diem legati cedentem legatarius decesserit, ad hæredem suum transfert legatum. l. 5.

Cedere diem significat incipere deberi. l. 213. ff. de verb. sig.

Si Pontionilla ad eam ætatem pervenit, cui legatum vel fideicommissum relictum erat, petitionem ad hæredes transmisit, licet ante decesserit quam consequeretur legatum vel fideicommissum. l. 3. C. eod.

Si fideicommissum ab intestato fuerit sorori tuæ relictum codicillis, & posteaquam dies fideicommissi cessit (rebus humanis licet), ignorans fideicommissum excesserit; actionem hujusmodi acquiri potuisse, dissimulare non poteris: salvâ scilicet ab intestato succedenti quartâ portione. l. ult. C. eod.

## VI.

Si purum legatum est, ex die mortis dies ejus cedit. Si verò post diem sint legata relicta, similimodo, atque in puris dies cedit. l. 5. §. 1.

Sancimus omnes habere licentiam à morte testatoris adire hæreditatem: similique modo legatorum vel fideicommissorum purè vel in diem certum relictorum diem à morte testatoris cedere. l. un. §. 1. inf. C. de caduc. toll. V. l. 1. 21.

## VII.

Si sub conditione sit legatum relictum, non prius dies legati cedit, quam conditio fuerit impleta: ne-

quidem si ea sit conditio, quæ in potestate sit legatarii. l. 5. §. 2.

Sin autem aliquid sub conditione relinquatur vel casuali, vel potestativâ, vel mixtâ, quarum eventus ex fortunâ, vel ex honoratæ personæ voluntate, vel ex utroque pendeat, vel sub incerto die; expectari oportet conditionis eventum, sub quâ fuerit derelictum, vel diem: ut tunc cedat cum vel conditio impleatur, vel dies incertus extiterit *e*. Quod si in medio is qui ex testamento lucrum sortitus est, decedat, vel eo superstite conditio defecerit, hoc quod ideo non prævaluit, manere disponimus apud eos à quibus relictum est. l. un. §. 7. C. de caduc. toll. V. inf. l. 21.

*e* Onus impositum alicui in ejus commodum vertitur cui impositum erat. V. l. 17 de legatis 2<sup>o</sup>. & de annuis legatis. n. 3.

## VIII.

Si ea conditio fuit quam prætor remittit, statim dies cedit. Idemque & in impossibili conditione, quia pro puro hoc legatum habetur *f*. l. 5. §. 3 & 4.

*f* V. leg. 15. de conditionibus institutionum. n. 5. l. 58. de conditione indebiti, & ibi Gotofr.

## IX.

Si qua conditio sit quæ per legatarium non stat quominus impleatur, sed aut per hæredem, aut per ejus personam, in cujus personâ jussus est parere conditioni, dies legati cedit, quoniam pro impletâ habetur: ut putâ si jussus sit hæredi decem dare, & ille accipere nolit. l. 5. §. 5. V. l. de condit. & demonstr. l. 24. l. 161. de re judicatâ

## X.

Si extrinsecus suspendatur legatum *g*, non ex ipso testamento, licet ante decedat legatarius, ad hæredem transmisisse legatum dicimus: veluti si rem dotalem maritus legaverit extero, & uxori aliquam pro dotali re pecuniam: deinde, deliberante uxore de electione dotis, decesserit legatarius, atque legatum elegerit mulier, ad hæredem transire legatum, dictum est: idque & Julianus respondit. Magis enim mora, quam conditio legato injecta videtur *h*. l. 6. §. 1.

*g* La loi 99. de conditionibus & demonstrationibus, dit: Conditiones extrinsecus non ex testamento venientes, id est, quæ tacite inesse videantur, non faciunt legata conditionalia. *h* Nec justum foret moram & deliberationem unius alteri nocere. Injustum foret moram hæredis in adeundâ hæreditate nocere legatario: verbi gratiâ si fundus maturis & pendentibus fructibus legatus esset, hæres posset simulare se deliberare. Unde puto legatarium posse legatum petere ante aditionem hæreditatis; & fructus percipiet postea à die petitionis.

## XI.

Hæredis aditio moram legati quidem petitioni facit, cessione diei non facit. Proinde sive purè institutus, tardius adeat, sive sub conditione per conditionem impediatur; legatarius securus est: sed & si nondum natus sit hæres institutus *i*, similiter legatario non nocebit, eo quod dies legati cessit. l. 7. d. l. §. 1 & 2.

*i* Modo conceptus sit, aliàs inutilis esset institutio & inutile testamentum.

## XII.

Cum in annos singulos legatur, non unum legatum esse, sed plura constat l. l. 10.

IV. l. 6. §. 2. v. Sin autem, C. de bonis quæ liberis. V. l. 4. de annuis legatis.

Nec semel diem ejus cedere, sed per singulos annos. Sed utrum initio cujusque anni, an verò finito anno cedat, quæstionis fuit *m*. Et Labeo, Sabinus, & Celsus, & Cassius, & Julianus, in omnibus quæ in annos singulos relinquuntur, hoc probaverunt; ut initio cujusque anni hujus legati dies cederet. l. 12. d. l. §. 1. l. 1. C. eod.

*m* V. legem 5. 8. 22. de annuis legatis. l. 20. h.

Idem Celsus scribit, quod & Julianus probat, hujus legati diem ex die mortis cedere, non ex quo adita est hæreditas. Et si forè post multos annos adeatur hæreditas omnium annorum legatario deberi. d. l. 12. §. 3.

vel sub die incertâ, cedit ejus adventu: perit non adveniente, vel si legatarius antea decesserit.

Legatum sub impossibili, vel inhonestâ conditione statim cedit.

Pro impletâ habetur conditio, cum per eum stat cuius interest non impleri, aut à quo pendet ut impleatur.

Si extrinsecus suspendatur legato decesserit legatarius transmittitur.

Etsi hæres tardius adeat, vel nondum natus sit, vel sub conditione sit institutus, nihil nocet legatario, sed ei dies cessit.

Annui legati dies quoque anno incipit cedit etiam ante aditam hæreditatem.

A morte testatoris cedit dies legati à substituto.

Legati quod non transit ad hæredem legatarii dies non cedit ante aditam hæreditatem.

Legatum cum morietur hæres legatario ante mortuo non transmittitur.

Legatum cum morietur legatarius transmittitur.

Legatarius decedens, postquam dies cessit, transfert legatum ad hæredem suum, etsi illud ignoraverit.

Legatum purum, aut post diem, cedit à morte testatoris.

Legatum sub conditione.

*Si non alimentorum causa in annos legatum sit, sed unum sit legatum in pensiones divinum, totius legati dies cedit à morte, & transmittetur.*

Si cum præfinitione annorum legatum fuerit, veluti Titio dena usque ad annos decem: Julianus scribit interesse. Et si quidem alimentorum nomine legatum fuerit, plura esse legata, & futurorum annorum legatum legatarium mortuum ad hæredem non transmittere: si verò non pro alimentis legavit, sed in plures pensiones divisit exonerandi hæredis gratiâ, hoc casu ait omnium annorum unum esse legatum, & intra decennium decedentem legatarium, etiam futurorum annorum legatum ad hæredem suum transmittere. Quæ sententia vera est. l. 20.

Cæterum si pecuniam annuam pater alimentis filii destinasset, non dubiè personâ deficiente, causa præstandi videretur extincta. l. 26. in f. eod.

XIV.

Si dies adposita legato non est n, præsens debetur, aut confestim ad eum pertinet, cui datum est. Adjecta, quamvis longa sit, si certa est, veluti kal. januariis centesimis, dies quidem legati statim cedit, sed ante diem peti non potest. At si incerta, (quasi cum pubes erit, cum in familiam nupserit, cum magistratum inierit, cum aliquid demum, quod scribendo comprehendere sit commodum, fecerit), nisi tempus, conditione obtigit, neque res pertinere, neque dies legati cedere potest. l. 21. V. l. 213. ff. de verb. sign.

*Cessit dies cum incipit deberi: venit dies cum peti potest.*

V. f. l. 5. §. 2.

n Sed modicum tempus hæredi statuendum est ad solvendum. l. 105. de solutionibus. l. 71. §. 2. de legatis 1º.

XV.

Si sub conditione o, quâ te hæredem institui, sub eâ conditione Titio legatum sit; Pomponius putat perinde hujus legati diem cedere, atque si purè relictum esset: quoniam certum esset hærede existente debitum iri. Neque enim per conditionem hæredem fieri incerta legata: nec multum interesse tale legatum ab hoc, si hæres erit, dato. l. 21. §. 1. l. 22. §. 1.

*Legati sub eadem conditione quâ hæres institutus est, dies perinde cedit ac si purè legatum esset.*

o Nota magnum discrimen. Si conditio adjecta institutioni expressè adjecta fuerit legato, illud conditionale efficit, ideo legatarius, si ante diem decedat, nec transmittit, quia testator voluit liberalitatem suam pendere expressè ab eventu conditionis: secus si legatum purè relictum sit & transmittitur, quia quæ ipso jure insunt, si adjecta fuerint, pro conditione non habentur. l. 109. de conditionibus & demonstrationibus.

Id demum legatum ad hæredem legatarii transit, quod certum sit debitum iri, si adeatur hæreditas p. d. l. 22. §. 1. in fin.

p Ratio est, quia aditio hæreditatis ex post facto retrahitur ad initium. l. 158. & 193. de re judicatâ.

TITULUS III.

Ut legatorum seu fideicommissorum servandorum causâ caveatur\*.

\* Hic titulus non est in usu, sed servantur apud nos. l. 8. de stipulationibus prætoriiis, in regione scilicet juris scripti & erga hæredem institutum. Hæres legitimus non satisfat legatariis sub conditione. Similiter hæres gravatus fideicommissio apud nos non satisfat propter legem 12. §. 2. Familiæ eriscundæ, & l. 42. de acquirendo rerum dominio.

I.

LEGATORUM nomine satisfat oportere prætor putavit, ut, quibus testator dari fierive voluit, his diebus detur vel fiat. l. 1.

*Aut satisfat hæres legatariis, aut ipsi mittantur in possessionem.*

Nec sine ratione hoc prætori visum est a, sicuti hæres incumbit possessioni bonorum, ita legatarios quoque carere non debere bonis defuncti. Sed aut satisfabitur eis, aut si satis non datur, in possessionem bonorum venire prætor voluit. d. l. §. 2.

a V. infra l. 8. de stipulationibus prætoriiis.

Idemque in fideicommissis quoque probandum est. d. l. 1. §. 10.

II.

Jubemus, quoties pater vel mater filio seu filiâ,

TOM. II.

*Non satisfat.*

filiis, vel filiabus, ex æquis, vel inæquis partibus hæredibus institutis, invicem seu simpliciter quosdam ex his, aut quemdam rogaverit, qui prior sine liberis decesserit, portionem hæreditatis suæ superstiti seu superstitis restituere . . . . . in supradictis casibus fideicommissorum servandorum satisfactionem cessare, si non specialiter eandem satisfactionem testator exigi disposuerit, & cum pater vel mater secundis existimant nuptiis non abstinentium. In his etiam duobus casibus, id est, cum testator specialiter satisfatari voluerit, vel cum secundis se pater, vel mater matrimonio junxerit, necesse est, ut eadem satisfactio pro legum ordine præbeat. l. 6. C. ad senatus. conf. Trebell. d. l. §. 1.

*dant parentes liberis ex causâ fideicommissi, nisi à testatore ita cautum sit, aut ad secundum da vota transseant.*

Quæ hîc omissa sunt ex hoc tit. habes. f. ad l. 18. §. 1. ad senat. Trebell.

III.

Deberi dicimus & quod die certâ præstari oportet, licet dies nondum venerit. l. 9.

*Deberi dicitur etsi dies nondum venerit.*

TITULUS IV.

Ut in possessionem legatorum vel fideicommissorum servandorum causâ esse liceat.

I.

SI semel fuerit satisfatum, quæsitum est an etiam rursus cavendum sit, si forte dicatur egenos fidejussores esse datos? Et magis est, ut caveri non debeat. Hoc enim D. Pius rescriptit Pacuvia Licianæ: ipsam enim facilitati suæ expensum ferre debere, quæ minus fidejussores idoneos accepit a. Neque enim oportet per singula momenta onerari eum à quo satis petitur. Plane, si nova causa allegetur, veluti quod fidejussor decesserit, aut etiam rem familiarem inopinato fortunæ impetu amiserit, æquum erit præstari cautionem. b. l. 3. §. ult. & l. 4.

*Qui satisfat non rursus cavet, nisi est novâ causâ.*

a À l'égard des cautions judiciaires, on oblige de renouveler la caution quand elle déperit, parce que le juge oblige la partie de la recevoir. Contrâ dans les cautions volontaires & contractuelles. V. leg. 6. Qui satisfat cogantur. l. 3. in fine de fidejussor. b Si medio tempore calamitas fidejussoribus insignis vel magna inopia accidit, causâ cognitâ, ex integro satisfandum erit. l. 10. Qui satisfat cogantur. Vide l. 3. in fine de fidejuss.

II.

Illud quod ex fructibus percipitur primùm in usuras, mox si quid superfluum est, in sortem debet imputari c. l. 5. §. 21. d.

*Prius in usuras, deinde in sortem fructus imputantur.*

c Ad exemplum pignorum.

d V. l. 5. §. 2. de solutionibus. l. 101. §. 1. eod.

LIBER XXXVII.

TITULUS I.

De bonorum possessionibus.

I.

BONA hîc (ut plerumque solemus dicere) ita accipienda sunt, universitatis cujusque successionem, quâ succeditur in jus demortui, suscipiturque ejus rei commodum & incommodum: nam sive solvendo sunt bona, sive non sunt, sive damnum habent, sive lucrum, sive in corporibus sunt, sive in actionibus; in hoc loco propriè bona appellabuntur. l. 3.

*Bonorum nomine omnia commoda & incommoda, lucra & damna intelliguntur.*

II.

Bonorum possessionem ita rectè definiemus, jus persequendi retinendique patrimonii, sive rei, quæ cujusque, cum moritur, fuit. l. 3. §. 2.

III.

Edicto prætoris bonorum possessio his denegatur, qui rei capitalis damnati sunt, neque in integrum restituti sunt. l. 13.

*Bonorum possessio est successio in universum jus defuncti. Rei capitalis damnati non succedunt.*

TITULUS II. *Si tabula testamenti extabunt.*

TITULUS III. *De bonorum possessione furioso, infanti, muto, surdo, caeco competente.*

TITULUS IV. *De bonorum possessione contra tabulas. Ubi vide l. 3. §. 1.*

## TITULUS V.

*De legatis præstandis, contra tabulas bonorum possessione petitâ.*

### I.

**H**ic titulus æquitatem quandam habet naturalem & ad aliquid novam: ut, qui judicia patris rescindunt per contra tabulas bonorum possessionem: ex iudicio ejus quibusdam personis legata & fideicommissa præstarent, hoc est, liberis & parentibus, uxori nuruique dotis nomine legatum. l. 1.

Rescisso ex causâ exhæredationis, vel præteritionis liberorum vel parentum testamento, & fideicommissa præstantur. Nov. 115. C. 3. in f. & C. 4. in fin.

### II.

Si post testamentum factum, quo posthumorum suorum nullam mentionem testator fecit, filium filiamve suscepit, intestatò vitâ functus est a: cum agnatione posthumi, vel posthumæ, cujus non meminit, testamentum ruptum sit. Ex rupto autem testamento nihil deberi, neque peti posse, explorati juris est. l. 1. C. de posthum. hæred. inst.

a *L'auth. ex causâ. C. de liberis præteritis, dit: Ex causâ exhæredationis vel præteritionis institutio corrumpit; cætera firma manent. Mais Irnerius a ajouté le mot præteritionis, qui n'est pas dans la Nouvelle 115.*

## TITULUS VI.

*De collatione.*

### I.

**H**ic titulus manifestam habet æquitatem. Cum enim prætor ad bonorum possessionem contra tabulas emancipatos admittat, participesque faciat, cum his qui sunt in potestate, bonorum paternorum; consequens esse credidit, ut sua quoque bona in medium conferant, qui appetant paterna a. l. 1.

a *Olim conferebant emancipati & quæ à patre acceperant & quæ ipsi acquisierant. Hodie confertur dumtaxat quod à patre acceptum, nam quod quisque acquirit, sive suus, sive emancipatus sibi proprium habet. V. l. ult. C. h. t.*

A parentibus data conferuntur sive testati decedant, sive intestati: nisi prohibuerint collationem. Nov. 18. c. 6. V. l. 20. §. 1. c. de collat.

### II.

De illis, quæ sine culpâ filii emancipati post mortem patris perierunt, quæritur ad cujus detrimentum ea pertinere debeant? Et plerique putant ea quæ sine dolo & culpâ perierint, ad collationis onus non pertinere. Et hoc ex illis verbis intelligendum est, quibus prætor viri boni arbitratus jubet conferri bona. Vir autem bonus non fit arbitraturus conferendum id, quod nec habet, nec dolo, nec culpâ desit habere. l. 2. §. 2.

### III.

Sed etsi tantum fortè in bonis paternis emancipatus remittat, quantum ex collatione suus habere debet, dicendum est emancipatum satis contulisse videri b. l. 1. §. 12.

b *Si autem cohæredes velint, cohæres debet omnino res in specie conferre, quia aliud pro alio invito creditori solvi non potest. Zoef. V. l'art. 306. de Paris.*

Eo minus auferre. l. 5. C. eod. est conferre, aut minus tanto accipere. Nov. 97. c. 6.

Nec castrense, nec quasi castrense peculium fratribus confertur. Hoc enim præcipuum esse oportere, multis constitutionibus continetur. l. 1. §. 15. l. ult. C. eod.

### V.

Si ab ipso patre hærede instituto, filio ejus fideicommissum fuerit relictum c, cum morietur: an id conferendum est, quoniam utile est hoc fideicommissum? Et eveniet ut pro eo habeatur, atque si post mortem patris relictum fuisset: nec cogetur hic conferre; quia moriente eo (ejus) non fuisset. l. 1. §. 19. V. inf. l. 11.

c *Substitutus à gravante non à gravato. V. n. 7.*

Omnia quæ in quartam portionem ab intestato successionis computantur his qui ad actionem de inofficioso testamento vocantur, etiamsi intestatus is decesserit, ad cujus hæreditatem veniunt, omnimodo cohæredibus suis conferant. Quod tam in aliis, quam in his quæ occasione militiæ uni hæredum ex defuncti pecuniis acquisitæ lucratur, is qui militiam meruit, locum habebit d: ut lucrum quod tempore mortis defuncti ad eum pervenire poterat, non solum testamento condito quartæ parti ab intestato successionis computetur, sed etiam ab intestato conferatur. l. 20. C. eod.

d *Hæc autem regula ut omnia quæ portioni quartæ computantur, etiam ab intestato conferantur, minimè è contrariò tenebit. Dicta. l. 20. de collatione.*

### VI.

Dotem (quam) dedit avus paternus, an post mortem avi mortuâ in matrimonio filiâ patri reddi oporteat, quæritur? Occurrit æquitas rei, ut, quod pater meus propter me filiæ meæ nomine dedit, proinde sit, atque ipse dederim: quippe officium avi circa neptem ex officio e patris erga filium pender. Et quia pater filiæ, ideo avus propter filium nepti dotem dare debet. Quid si filius à patre exhæredatus est? Existimo non absurdè etiam in exhæredato filio idem posse defendi; nec infavorabilis sententia est f, ut hoc saltem habeat ex paternis quod propter illum datum est. l. 6. l. 79. de jur. dot. g.

e *Quidam ex hæc lege inferunt nepotem debere in hæreditate patris conferre quod ipso nepos accipit ab avo, quia contemplatione patris nepos accipit. Verum distinguitur utrum pater ipse id contulerit necne. Sed ista distinctio nullâ juris ratione fulcitur, licet, usu Parisiensi probari dicatur. Sed distinguitur utrum pater ipse contulerit necne in hæreditate avi.*

f *Lex 8. ait: Non numquam prætor variantem non repellit & consilium mutantis non aspernatur. V. infra l. 20. de optione legata. g Quæ est contra ex rigore juris.*

### VII.

Paulus respondit, ea quæ post mortem patris filio reddi debuerunt, emancipatum filium, quamvis prius consecutus sit, quam deberentur, fratri, qui in potestate patris relictus est, conferre non debere: cum post mortem patris non tam ex donatione, quam ex causâ debiti, ea possidere videatur h. l. 11. V. f. l. 1. §. 29. i.

h *Ergo repræsentatio debiti non est donatio, & tamen repræsentatio debiti legata patitur falcidiam. l. 1. §. 10. ad legem falcidiam. i V. l. 6. §. 2. V. fin autem C. de bonis quæ lib. ubi usufructus à patre filio remissus non est obnoxius collationi post obitum patris.*

## TITULUS VII.

*De dotis collatione.*

### I.

**Q**UAMQUAM ita demum ad collationem dotis prætor cogat filiam, si petat bonorum possessionem; atamen & si non petat conferre debebit, si modo se bonis paternis misceat. l. 1. l. 29. C. eod.

Dos à muliere confertur, nisi, cum vir non sit solvendo a, imputari possit mulieri quod salvam non fecerit causam dotis. Nov. 97. c. 6.

a *Apud nos omni casu dos confertur. Louet. l. R.*

*Non confertur quod sibi quæsierit filius.*

*Ea conferuntur quæ in hæreditate suis fuerint, si data non essent: & quæ in legitimam erant imputanda, etiam militiæ.*

*Dos ab avo profecta, eo mortuo, ad patrem, etiam non hæredem avi, revertitur.*

*Quod à patre debitum fuit, non confertur, licet prius solutum sit, quam deberetur.*

*Dos conferenda, nisi sine culpa mulieris perierit apud maritum, qui non sit solvendo.*

*Rescisso propter ex hæredationem aut præteritionem testamento, legata stant.*

*Post uno præterito & agnato nec legata debentur.*

*Collationis æquitas ad servandam æqualitatem.*

*Conferuntur omnia data à parentibus, nisi ipsi prohibuerint.*

*Aut nisi res perierint sine culpâ donatarii.*

*Qui remittit quod erat accepturus confert.*

Collationem minuunt impense necessariae.

Cum dos confertur, impensarum necessariorum fit detractio; ceterarum non b. l. 1. §. 5.

b Paris 305. dit: utiles & nécessaires.

III.

Fructus & usurae conferuntur.

Filia quae soluto matrimonio dotem conferre debuit, moram collationi fecit c, viri boni arbitrato cogetur usuras quoque dotis conferre, cum emancipatus frater etiam fructus conferat, & filia partis suae fructus percipiat. l. 5. §. 1.

c Ipso jure & absque mora currunt usurae in collatione a momento. Domat, des rapports. t. 3. Paris 309.

IV.

Non confertur dotem quae abstinet se ab hereditate.

Fuit quaestio, an si sua haeres filia patri cum fratribus, contenta dote abstinere se bonis, compellatur eam conferre? Et divus Marcus rescripsit, non compelli abstinere se ab hereditate patris d: ergo non tantum data apud maritum remanebit, sed & promissa exigetur etiam a fratribus: & est aëris alieni loco; abcessit enim a bonis patris. l. ult.

d Paris, 307.

TITULUS VIII. De conjungendis cum emancipato liberis ejus.

TITULUS IX.

De ventre in possessionem mittendo, & curatore ejus.

I.

Pro nato habetur qui in utero est; ut ei servetur hereditas.

Sicuti liberorum eorum, qui jam in rebus humanis sunt, curam praetor habuit: ita etiam eos qui nondum nati sunt, propter spem nascendi, non neglexit. Nam & hac parte edicti eos tuitus est, dum ventrem mittit in possessionem. l. 1.

II.

Favorabilior causa partus in utero, quam jam nati.

Ventri subvenire praetorem debere non dubitamus: eò facilius quod favorabilior est causa partus, quam pueri. Partui enim in hoc favetur, ut in lucem producat puer, ut in familiam inducatur. Partus enim iste alendus est, qui non tantum parenti, cujus esse dicitur, verum etiam reipublicae nascitur a. l. 1. §. 15. b.

a Legem utilem reipublicae sobolis procreandae causa adjuvandam esse interpretatione. l. 64. infra de conditionibus & demonstrationibus. b V. l. 122. de legatis 1º.

III.

Curator dandus & ventri & bonis: & ad utramque curam sufficit unus.

Quoties autem venter in possessionem mittitur, solet mulier curatorem ventri petere: solet & bonis. Sed si quidem tantum ventri curator datus sit, creditoribus permittendum in custodia bonorum esse: si verò non tantum ventri, sed etiam bonis curator datus est, possunt esse securi creditores; cum periculum ad curatorem pertineat. Idcirco curatorem bonis ex inquisitione dandum, idoneum scilicet, oportet creditores curare: vel si quis alius est, qui non edito partu successionem speret. Hoc autem jure utimur ut idem curator & bonis & ventri detur. l. 1. §. 17 & 18.

IV.

Alimenta ex bonis hereditariis viduae praegnantis.

Mulier autem in possessionem missa, ea sola sine quibus fetus sustineri, & ad partum usque produci non possit, sumere ex bonis debet. Et in hanc rem curator constituendus est, qui cibum, potum, vestitum, tectum mulieri praestet, pro facultatibus defuncti, & pro dignitate ejus atque mulieris. Deminutio autem ad hos sumptus fieri debet, primum ex pecunia numerata: si ea non fuerit, ex his rebus quae patrimonialia onerare magis impendio, quam augere fructibus consueverunt. l. 1. §. 19. & 20.

Et si sciensque prudensque se praegnantem non esse, consumpserit; de suo consumpsisse Labeo ait. l. 1. §. ult.

Curator ventris alimenta mulieri statuere debet: nec ad rem pertinet, an dotem habeat unde susten-

tare se possit; quia videntur quae ita praestantur, ipsi praestari qui in utero est c. l. 5. d.

c Quid si mulier bona fide fuerit, sed non praegnans? Puto eam fructus restitutam. Quid de sumptibus parturitionis? Imputabuntur partui, d V. l. 5. §. 3. de carboniano edicto.

TITULUS X.

De Carboniano edicto.

I.

Hoc diligentissime praetori examinandum est, an expediat pupillo representari a cognitionem, an potius differri in tempus pubertatis: & maxime inquirere hoc a cognatis, matre, tutoribusque pupilli debet. Finge esse testes quosdam qui dilatata controversia aut mutabunt consilium, aut decedent, aut propter temporis intervallum non eandem fidem habebunt: vel finge esse anum obstetricem, vel ancillas, quae veritatem pro partu possunt insinuare; vel instrumenta satis idonea ad victoriam, vel quaedam alia argumenta; ut magis damnum patiat pupillus quod differretur cognitio, quam compendium, quod non representatur. Finge pupillum satisdare non posse, & admissos in possessionem, qui de hereditate controversiam faciunt, multa posse subtrahere, novare, moliri: aut stulti, aut iniqui praetoris b erit rem in tempus pubertatis differre cum summo ejus incommodo cui consultum velit. Divus etiam Hadrianus ita rescripsit: Quod in tempus pubertatis res differri solet, pupillorum causa fit, ne de statu periclitentur, antequam se tueri possint. Ceterum si idoneos habeant, a quibus defendantur, & tam expeditam causam, ut ipsorum intersit mature de ea judicari & tutores eorum judicio experiri volunt, non debet adversus pupillos observari, quod pro ipsis ex cogitatum est c: & pendere status eorum, cum jam possit indubitatus esse. l. 3. §. 5.

Non differenda causa infantis an filius sit, si periculum sit ne pereant probationes.

Quod alicujus favore introductum est non debet adversus eum observari.

a Uno casu denegantur alimenta impuberi cujus status controversatur, scilicet si exhæredatus sit a testatore, qui eum negavit filium suum esse. l. de inofficioso testamento. b Lex 51. de evictionibus, loquitur de stultitia judicis. c L. 25. de legibus.

II.

An autem vescendi causa deminueri possit is, qui ex Carboniano missus est, videamus? & si quidem satis impubes dedit, sive decrevit praeses, sive non, deminuet vescendi causa; & hoc minus restituet hereditatis petitori. Quod si satisdare non potuit & aliter alere se videtur non posse, deminuendi causa usque ad id quod alimentis ejus necessarium est, mittendus est. Nec mirum debet videri hereditatem propter alimenta minui ejus, quem fortasse judicabitur filium non esse, cum omnium edictis venter in possessionem mittatur, & alimenta mulieri praestentur, propter eum qui potest non nasci d: majorque cura debeat adhiberi ne fame pereat filius, quam ne minor hereditas ad petitorum perveniat, si apparuit filium non esse. l. 5. §. 3.

Alimenta impuberi praestantur ex hereditate, pendente causa an sit filius.

d V. l. 1. §. 19. l. 5. de ventre in pos. mit. l. 10. Qui sui vel alieni juris sunt. Satius est eum alii qui forte filius non erit, quam eum fame necari, qui forte filius erit.

Causa cognitio in eo veritur, ut si manifesta calumnia appareret eorum, qui infantibus bonorum possessionem peterent, non daretur bonorum possessio. Summatim ergo, cum petitur ex Carboniano bonorum possessio, debet praetor cognoscere. Et si quidem absolutam causam invenerit, evidenterque probatur filium non esse, negare debet ei bonorum possessionem Carbonianam. Si verò ambigam causam, hoc est, vel modicum pro puero facientem, ut non videatur evidenter filius non esse, dabit ei Carbonianam bonorum possessionem e. l. 3. §. 4.

e Dubietas ipsa sufficit ut causa alimentorum decidatur.

III.

Non solum alimenta pupillo praestari debent: sed & in studia, & in ceteras necessarias impensas debet impendi pro modo facultatum. l. 6. §. 5.

Favor idem studiorum quae alimentorum.

## TITULUS XI.

## De bonorum possessionibus secundum tabulas.

I.

Jus testandi inspicendum tempore testamenti, & tempore mortis. Nec furiosi, nec interdicti tempore mortis, irritum fit testam. n. sum quod prius jure fecerat.

**E**XIGIT prætor ut is, cujus bonorum possessio datur, utroque tempore jus testamenti faciendi habuerit, & cum facit testamentum, & cum moritur. l. 1. §. 8. Si quis testamentum fecerit; deinde amiserit testamenti factionem vel furore, vel quod ei bonis interdictum est, potest ejus peti bonorum possessio; quia jure testamentum ejus valet: & hoc generaliter de omnibus hujusmodi dicitur qui amittunt mortis tempore testamenti factionem: sed ante factum eorum testamentum valet. l. 1. §. 9. V. f. T. qui test. fac. poss. l. 8. §. 1. l. 18. eod.

II.

Si duo sint hæredes instituti, primus & secundus, secundo tertius substitutus *a*; omittente secundo bonorum possessionem, tertius succedit. Quod si tertius noluerit hæreditatem adire, vel bonorum possessionem accipere, recidit bonorum possessio ad primum: nec erit ei necesse petere bonorum possessionem, sed ipso jure ei accrescet. Hæredi enim scripto, sicut portio hæreditatis, ita & bonorum possessio accrescit. l. 2. §. 8.

*a* Substitutio excludit jus accrescendi.

III.

Si plures septem testibus adhibiti sint, sufficit si extant septem testium signa.

Cum tabulæ testamenti plurium signis signatæ essent, & quædam ex his non parent, septem tamen signa maneat; sufficit ad bonorum possessionem dandam septem testium signa comparere, licet non omnium, qui signaverint, maneat signa. l. 7.

IV.

Supremo morienti substitutus, si ignoretur quis prior decesserit, utriusque succedet.

Qui ex liberis meis impubes supremus morietur, ei Titius hæres esto. Duobus peregrè defunctis, si substitutus ignoret uterque novissimus decesserit, admittenda est Juliani sententia *b*, qui propter incertum conditionis, etiam prioris posse peti possessionem bonorum respondit. l. 11. V. f. de vulg. & pup. l. 34.

*b* Contra si substitutus quis esset in partem ultimi morientis, nihil haberet si probare non posset quis novissimus decesserit. l. 34. ad Trebellianum.

TITULUS XII. Si à parente quis manumissus sit.

TITULUS XIII. De bonorum possessione ex testamento militis.

## TITULUS XIV.

## De jure patronatus.

I.

Jus patronatus transit ad filium non hæredem.

**F**ILII hæreditate paternâ se abstinentes, jus quod in libertis habent paternis, non amittunt *a*. l. 9. V. l. 47. §. 4. ff. de bon. libert.

*a* Liberis jus sepulchri competit; licet hæredes non sint. l. 6. de religiosis.

II.

Pœna capitis mors aut exilium.

Capitis accusatio ea est cujus pœna mors aut exilium. l. 10. V. l. 103. de verborum significatione.

III.

Non valet quod fit in fraudem legis.

Quoties in fraudem legis fit alienatio, non valet quod actum est. l. 16.

## TITULUS XV.

## De obsequiis parentibus &amp; patronis præstandis.

I.

Coercendi qui parentes

**S**I filius matrem aut patrem, quos venerari oportet, contumeliis adicit, vel impias manus eis

X. DE OBSEQUIIS, &amp;c.

infert, præfectus urbi delictum ad publicam pietatem pertinens, pro modo ejus vindicat. l. 1. §. 2.

contumeliis afficiunt.

II.

In quantum facere possunt (parentes) damnantur. l. 7. §. 1.

III.

Filio semper honesta & sancta persona patris videri debet. l. 9.

Parentes in id damnandi quod facere possunt. Sancta liberis persona parentum.

IV.

Filia tua non solum reverentiam, sed etiam subsidium vitæ ut exhibeat tibi, Rectoris provinciæ auctoritate compelleretur. l. 5. C. de patr. potest.

Obsequia & alimenta parentibus præstanda.

## LIBER XXXVIII.

## TITULUS I.

## De operis libertorum.

I.

**U**NUSQUISQUE quod spondit, suo impendio dare debet *a*, quamdiu id quod debet in rerum natura est. l. 20. V. l. 18. l. 33. l. 50.

Quod quis debet suo impendio dare debet.

*a* La loi 18. dit: Suo victu vestituque operas præstare debet libertus. Le §. 1. dit: Quid si alere se non possit? Præstanda ei alimenta à patrono. La loi 19. dit: Aut certè ita exigendæ sunt ab eo operæ, ut in his quoque diebus quibus operas edat, satis tempus ad quæstum faciendum unde ali possit, habeat. Cela peut s'appliquer aux corvées. Pontanus sur Blois, dit: Dominus cui curvatæ debentur, instrumenta operariorum dare non tenetur. Morn. ad tit. de operis servorum, dit que les corvées præstari debent sumptibus operarii ut pronuntiatum in purpuris refert. Chopin. Duobus casibus exceptis. Primus est si alere non possint. Secundus si patronus proficiscatur in longinquum extra territorium. Mais en pays de droit écrit, Auvergne & la Marche, on nourrit les faiseurs de corvées.

II.

Fere ea mens est personam arbitrio substituentium; ut, quia sperent eum rectè arbitraturum, id faciant, non quia vel immodicè obligari velint. l. 30. *b*.

Quod in unius persona arbitrium confertur recti arbitrii finibus continetur.

*b* Lex 22. §. 1. de re judicatâ. l. 76. 77. 78. 79. pro socio. l. 24. locati conducti.

III.

Cujus matrimonio consensit (*liberta*) in officio mariti esse debet. l. 48.

Marito debentur officia uxoris.

## TITULUS II.

## De bonis libertorum.

I.]

**E**I qui alio jure venit, quàm eo quod amisit *a*, non nocet id quod perdidit, sed prodest quod habet. l. 42.

Alteri juri non nocet, alterum amissum.

*a* Quoties alicui duplici jure defertur hæreditas, repudiato novo jure, quod antè defertur, supererit verus. l. 91. de re judicatâ.

II.

Cum præcedit alia possessio *b*, qui sequitur accipere non potest. l. 42. §. 2.

Medio obstantæ, res ad tertium non pervenit.

*b* Ista convenit regula forori quæ fortè fratrem suum veneno occidit, indigna judicata est ab ejus hæreditate; & bona liberis fororis adjecta sunt; sed si fortè mater hæres existat liberis, hæreditatem fratris in bonis liberorum confusam consequitur. V. l. 22. §. 4. ad Trebellianum.

III.

Omnia quæ nostra sunt liberis nostris ex voto paramus. l. 50. §. 2. in fin.

Quæ sunt parentum, liberis parantur.

TITULUS III.



transverso sive à latere fratres & sorores, liberique eorum. l. 1.

TITULUS III. De libertis Universitatum.

TITULUS IV. De assignandis libertis.

TITULUS V. Si quid in fraudem patroni factum sit.

TITULUS VI.

Si tabulæ testamenti nullæ extabunt, unde liberi.

I.

**N**on parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur hæreditas *a*. Parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittit *b*: liberos naturæ simul & parentum commune votum. l. 7. §. 1. *c*.

*a* Non deberent filii parentibus thesauros congerere, sed parentes filiis. Gotof. *b* V. l. 15. de inofficioso testamento. *c* L. 50. §. 2. de bonis libertorum.

TITULUS VII. Unde legitimi.

TITULUS VIII.

Unde cognati.

I.

**P**roximus accipitur etiam is qui solus est: quamvis proprie proximus ex pluribus dicitur. l. 1. §. 5.

Is est proximus quem nemo antecedit, & is ultimus quem nemo sequitur: & interdum idem primus postremusque qui solus occurrit. l. 2. §. 4. ff. de suis & legit. hæred.

II.

Si quis proximior cognatus nasci speretur, in eâ conditione est, ut dici debeat obstare eum sequentibus *a*. Sed ubi natus non est, admitteremus eum, qui post ventrem proximus videbatur. Sed hoc ita demum erit accipiendum, si hic qui in utero esse dicitur, vivo eo, de cæcis honorum possessione agitur, fuit conceptus *b*. Nam si post mortem, neque obstabit alii, neque ipse admittetur: quia non fuit proximus cognatus ei quo vivo nondum animam fuerit *c*. l. 1. §. 8.

*a* Nulla est cognatio inter vivos & mortuos, inter jam natos & nondum natos. *b* Alioquin nullo gradu cognationis defunctum attinget. Vera ratio est quia hæreditas & legatum non possunt esse in suspensio. Nulla potest esse cognatio inter mortuum & viventem, sic nec inter natos & non natos. Porro necesse non est partum esse animarum tempore de lata hæreditatis, sufficit matrem concepisse, aut recepisse semen: nam fertur vulgo de maribus eos triginta post diebus animam recipere, infundi verò animam foemina duntaxat post 60 dies. Gotof. ad legem 39 de pœnis, ubi hic omnia refert. Porro secundum Stoicorum sententiam *εμψυχοῦν* non est animal, sed per leges pro animali habetur: hinc punitur qui partum obegit. L. 39. de pœnis, propter spem nascendi. l. 2. de mortuo infer, & ut ait Tertullianus in Apologet. nobis vero homicidio seviriter interdicto, etiam conceptum utero, dum adhuc sanguis in hominem delibatur dissolvere non licet. Homicidii festinatio est prohibere nasci; nec refert quis natam eripiat animam, an nascentem disturbet. Homo enim & qui est futurus, & fructus hominis jam in femine est. *c* V. Gotof. ad l. 9. ad legem falcidiam.

III.

Gradatim autem admittuntur cognati ad bonorum possessionem, ut qui sunt primo gradu, omnes simul admittuntur. l. 1. §. 10.

TITULUS IX. De successorio edicto.

TITULUS X.

De gradibus & affinibus, & nominibus eorum.

I.

**G**radus cognationis alii superioris ordinis sunt, alii inferioris, alii ex transverso sive à latere. Superioris ordinis sunt parentes, inferioris liberi; ex

Tres gradus: superiorum, inferiorum & ex transverso.

II.

Cognati ab eo dici purantur, quod quasi unâ communiterve nati, vel ab eodem orti, progenitive sint. l. 4. §. 1.

Cognati qui ab eodem nati.

III.

Ad fines sunt viri & uxoris cognati: dicti ab eo quod duæ cognationes quæ diversæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit: namque conjungendæ adfinitatis causa fit ex nuptiis. l. 4. §. 3.

Affines sunt alteri conjugum alterius cognati.

IV.

Jurisconsultus cognatorum gradus, & adfinium nosse debet *a*, quia legibus hæreditates & tutelæ ad proximum quemque adgnatam redire consueverunt. Sed & edicto prætor proximo cuique cognato dat bonorum possessionem. Præterea lege judiciorum publicorum contra adfines & adgnatos testimonium inviti dicere non cogimur. l. 10.

Gradus cognationis ad hæreditates, tutelæ, testimonia pertinent.

*a* La Loi 2. §. 43. de origine juris, dit: Turpe esse patricio & nobili & causas oranti jus in quo versaretur ignorare.

V.

Gradus autem dicti sunt à similitudine scalarum, locorumve proclivium, quos ita ingredimur, ut à proximo in proximum, id est, in eum qui quasi ex eo nascitur, transeamus. l. 10. §. 10.

Gradus à similitudine scalarum dicti sunt.

TITULUS XI. Unde vir & uxor.

TITULUS XII. De veteranorum & militum successione.

TITULUS XIII. Quibus non competit bonorum possessio.

TITULUS XIV. Ut ex legibus Senatûsve consultis bonorum possessio detur.

TITULUS XV. Quis ordo in possessionibus servetur.

TITULUS XVI.

De suis, & de legitimis hæredibus.

I.

**P**ost decem menses *b* mortis natus non admittetur ad legitimam hæreditatem. l. 3. §. 11. V. Nov. 39. C. 2. *c*.

Post decem menses à morte natus, pro filio non habetur.

*a* V. Faber de numero & de tempore puerperii infra, & Cujacium ad sententiam Pauli 4. 9. 5. & leg. 29. de liberis & post. *b* Scilicet completos. *c* Ubi dicitur undecimo mense perfecto. V. Gotof. ad hanc Novel. & ad l. 3. §. 11. h. t. ubi refert edictum Adriani de tempore puerperii.

II.

De eo qui centesimo octogesimo secundo die *d* natus est, Hypocrates scripsit *e*, & divius Pius pontificibus scripsit, iusto tempore videri natum. l. 3. §. ult.

Qui post sexcentum dies nascitur pro legitimo habetur.

*d* V. l. 12. de statu hominis.

*e* Perito cuilibet in arte suâ credendum est. Dicitur in lege 12 de statu hominis septimo mense nasci perfectum partum jam receptum est propter auctoritatem doctissimi viri Hypocrat.

III.

In suis hæredibus aditio non est necessaria *f*, quia statim ipso jure hæredes existunt. l. 14.

Suis hæres ipso jure hæres.

*f* Continuat dominium magis quam acquiritur. Verum jure civili non continuatur possessio nec transmittitur in hæredem etiam suum. Secus in Galliâ V. l. 11. de liberis.

IV.

Ad intestati successionem vocantur primo liberi, nepotes, ceterique descendentes: deinde parentes ceterique ascendentes: postremò ex latere conjuncti, hoc ordine. Liberi aut descendentes quocumque sint gradu, mares, foeminae succedunt, exclusis parentibus: liberi scilicet primi gradus in viriles, nepotes & posteriores ex stirpibus, nullâ graduum prælatione nullâ sexûs differentiâ; sive sub patriâ sint potestate,

Ordo successionis ab intestato.

160 LIB. XXXVIII. TIT. XVII. AD  
aut sui juris, sive ex fœminis descendant aut ex masculis.

Parentes ceterique ascendentes utriusque sexûs proximioris gradûs posteriores excludunt, sive materni sint, sive paterni. Si plures eodem gradu concurrunt, simul succedunt: pro mediâ scilicet ascendentes à patre, pro mediâ vero ascendentes à matre, quocumque sint numero. *h*

*h* Apud nos ascendentes succedunt in capita.

Si defuncto supersint cum parentibus aut fratres *i*, aut sorores ex utrisque parentibus conjuncti, simul in viriles succedunt fratres & sorores cum parentibus, sive paternis sive maternis, secundum personarum numerum, fratrum verò & sororum liberi utriusque sexûs similiter succedunt loco præmortui fratris aut sororis, portionem ejus vindicaturi. Si deficient descendentes & ascendentes, primi vocantur fratres & sorores ex utroque parente conjuncti. His deficientibus, ex alterâ parte fratres & sorores succedunt. Cum fratribus verò & sororibus concurrunt præmortuorum fratrum & sororum filii ex stirpibus, exclusis semper qui ex alterâ tantum parte conjuncti sunt & liberis eorum, si supersint ex utrâque parte conjuncti, aut liberi eorum: qui etiam *hiis* defuncti præferuntur, quamvis nec fratres supersint nec sorores.

*i* L. 9. h. t. ait: Si ex pluribus legitimis hæredibus quidam omiserint hæreditatem vel morte vel qua aliâ ratione impediti fuerint, reliquis qui adierint adrestit illorum portio: licet decesserit antequam adrestit, hoc jus ad hæredes eorum pertinet. Alia est causâ instituti hæredis, & cohæredis substituti. Huic enim vivo defertur ex substitutione hæreditas, non etiam si decesserit hæredem ejus sequitur. Glossa in hac lege notari differentiam inter jus accrescendi & jus substitutionis. Jus accrescendi locum habet in hærede hæredis, id est transmittitur: secus jus substitutionis. *En France le mort saisit le vif*, etiam ex testamento in patriâ ejus scripto.

Ceteri omnes ex latere conjuncti suo quisque gradu succedunt, non ex stirpibus; sed in viriles intra eundem gradum, proximis remotiores excludentibus. Nov. 118. c. 1. 2. 3. Nov. 127. c. 1.

V.

Testamento parentes debent liberos hæredes instituire *l*, saltem ex legitimâ portione; scilicet si quatuor sint liberi aut infra ex triente; si quinque aut plures, ex semisse. Nov. 115. c. 3. Nov. 18. c. 1.

*l* Non dicitur in Novel. patrem præcise cogi instituere filium in legitimâ: sed illa opinio apud nos invaluit.

Debetur autem legitima tam in fructu quam in proprietate. d. Nov. 18. c. 3. V. f. de inoff. test. n. 18. & seq.

VI.

Affinitatis jure nulla successio permittitur. l. 7. C. comm. de succ. *m*

*m* Excepto titulo unde vir & uxor.

VII.

Res quæ ex matris successione, sive ex testamento, sive ab intestato, fuerint ad filios devolutæ ita sint in parentum potestate, ut utendi fruendi duntaxat habeant in diem vitæ facultatem, dominio videlicet earum ad liberos pertinente. l. 1. C. de bon. mat.

In maternis connumerantur *n* data aut relicta ab ascendentibus ex lineâ maternâ. l. 2. C. eod.

*n* Quid; ille usufructus protestne prohiberi à testatore veluti ab avo materno? Hanc quæstionem vidi in facto. Ita vide Nov. 117. C. 1. & Auth. Excipitur de bonis quæ liberis. Verum quidem est in donatione ab extraneo forte, posse prohiberi hunc usufructum, sed in lineâ directâ valde ambigitur saltem fini legitimæ, quia est debitum naturale & forte maritus uxorem duxit hac spe allectus, quod bona materna aliquando ad eum devolverentur & ipse illis frueretur, sive tanquam maritus, jure matrimonii, sive tanquam pater, jure patriæ potestatis. Nota. Hæc quæstio locum habet in consuetudine Picaviensi, ubi viget jus patriæ potestatis, & in pluribus aliis. V. infra n. 12.

VIII.

Parentes autem penès quos maternarum rerum utendi fruendique tantum potestas est, omnem debent tuendæ rei diligentiam adhibere: & quod jure filii debetur in examine (per se vel per procuratorem)

SENATUS CONSULTUM, &c.

poscere: & sumptus ex fructibus o impigrè facere, & litem inferentibus resistere. Atque ita omnia agere, tanquam solidum perfectumque dominium eis acquisitum fuisset. d. l. 1. Cod. de bon. mat.

o Sumptus tamen non debet egredi fructus, neque enim bona debent esse oneri.

IX.

Quamvis pater ad secundas nuptias transferit, hunc usufructum non amittit. Ex l. ult. C. de bon. mat.

X.

In profectitiis dotibus & donationibus propter nuptias succedit pater. l. 2. C. de bon. quæ lib.

XI.

Omnium quæ liberis quavis ex causâ quæsitæ sunt, non ex ejus substantiâ cujus in potestate sint, solum usufructum habebit pater, ut in maternis. l. 6. C. de bon. quæ lib.

XII.

Non habebit pater usufructum, si quis parentum, vel etiam extraneus filiofamilias donationem, vel ultimam voluntatem, hac conditione reliquerit, ut non quærat usufructus patri. Nov. 117. c. 1. supra n. 7.

XIII.

Pater liberis cum eorum fratribus succedens in virilem, nullum in fratrum & sororum portione habet usufructum. Nov. 118. c. 2.

XIV.

Usufructum non habet pater in donatis filio vel à Principe, vel ab Augustâ. l. 7. C. de bon. quæ lib.

Alia de successione parentum. V. tit. seq. *p*

*p* V. adhuc casum exceptum in Auth. Idem est C. de bonis quæ liberis, ubi dicitur. Idem est in his quæ ex lege deferuntur liberis, parentibus præsumptibus solvere matrimonium sine causis lege definitis.

## TITULUS XVII.

### Ad Senatusconsultum Tertulianum & Orphitianum.

I.

Matri intestatæ defunctæ hæreditatem ad omnes ejus liberos pertinere, etiam si ex diversis matrimoniis nati fuerint, juris est. l. 4. *a*

*a* V. hic leges fere omnes de secundis nuptiis.

II.

Filii mater, ex hoc Senatusconsulto, etiam si in alienâ potestate sit, ad hæreditatem admittitur. l. 6. V. f. de suis & legit. n. 4.

III.

Fœminæ quæ ad secundas nuptias transeunt, quidquid quovis titulo ex bonis prioribus mariti consecratæ fuerint, cum ipsis lucris nuptialibus, licet ab alio pro patre datis, liberis communibus servandum, alienare prohibentur, solum usufructum ad vitam habituræ, proprietate ad liberos devolutâ. l. 3. C. de secund. nup. Nov. 22. c. 23. Nec licet matri inæqualis hujusmodi lucrorum inter liberos divisio. Nov. 2. cap. 1. Nov. 22. cap. 25.

IV.

Quod ad matrem ex paternis bonis unius liberorum prioris matrimonii ab intestato pervenerit, si ea secundo nupserit, sive illo superstite, sive jam mortuo, ceteris liberis servabit, usufructu retento: omni alienatione, ac de eo testandi facultate prohibita nisi omnibus liberis supervixerit. l. 3. §. 1. C. de secund. nup. Nov. 22. C. 46.

V.

Testatis liberis quæ testamento matri reliquerint, etiam paterna, pleno jure habebit licet secundo nupserit. Nov. 22. c. 46.

VI.

Si mulier ex pluribus matrimoniis liberos susceperit, singulis patrum sponsalitiæ largitates custodiendæ. l. 4. C. de secund. nup. Nov. 22. cap. 29.

V.

penfas ex fructibus erogare.

Non perit usufructus patris secundo nubentis.

In d se profectis pater succedit.

In omnibus quæ liberis quærentur solum usufructum habet pater.

Non habebit pater usufructum, si is qui filio donat prohibuerit.

Pater filio cum ejus fratribus succedens, non habet usufructum in eorum portione.

Usufructum non habet pater in donatis à Principe, vel Augustâ.

Matri æquè succedunt filii ex diversis matrimoniis.

Filio succedit mater.

Si mater ad secundas nuptias transferit liberis prioris matrimonii quærentur in viriles, quocumque à patre ad matrem pervenerunt, solo usufructu matri elicto.

Quæ ad matrem secundo nubentem ex bonis liberorum ab intestato pervenerint ad ceteros liberos, transmittitur usufructu matri quæsitæ.

Ex testamento liberorum quæsitæ mater habet pleno jure.

Liberi ex diversis matrimoniis suis quique patris præcipuas, habent sponsalitates largitates.

Quæ liberorum legitima.

Affines non succedunt.

In maternis pater solum habet usufructum.

Debet pater res maternas tueri, & lites ac cæteras im-

VII.

*Pater secundum nubens quæ de bonis mulieris ad eum devoluta sunt liberis communibus servat.*

Generaliter censemus, quocumque casu constitutiones ante hanc legem mulierem liberis communibus, morte mariti matrimonio dissoluto, quæ de bonis mariti ad eam devoluta sunt, servare sanxerunt, iisdem casibus maritum quoque quæ de bonis mulieris ad eum devoluta sunt, morte mulieris matrimonio dissoluto, communibus liberis servare. Nec interest si alter pro marito donationem ante nuptias, vel pro muliere dotem crediderit offerendam. Hoc observare præcipimus, licet res ante nuptias donatæ (ut adsolet fieri) in dotem à muliere redigantur. Dominium autem rerum quæ liberis per hujus legis, vel præteritarum constitutionum auctoritatem servantur, ad liberos pertinere decernimus. Itaque defuncto eo qui eas liberis servabat, extantes ab omni possessore liberi vindicabunt: consumptas (verò) ab hæredibus ejus exigent, qui eas servare debuerant *b*. Alienandi sanè, vel obligandi suo nomine eas res quæ liberis servari præceptæ sunt, eis qui reservaturi sunt, adempta licentia est. l. 5. C. de secund. nupt. Nov. 22. cap. 23. Hæc à patre singulis liberis, pro virili servanda sublato ei jure eligendi inter liberos. Nov. 22. c. 25.

*b* Dummodo liberi non sint hæredes ejus qui alienavit: nam de evictione ipsi tenerentur. l. 14. C. de rei vindicatione.

VIII.

*Liberi, licet non hæredes parentum, propria habent, quæ alteri parentum ab altero quæsita sunt.*

Liberi quæ vel ex bonis paternis, vel ex maternis, propter secundas alterutrius parentis nuptias, ad eos pervenerint, etiam si neutrius parentis hæredes sint, propria habebunt *c*. l. 5. §. 1. C. de sec. nupt. Nov. 22. cap. 20. 23. & 26.

*c* Verum hi qui hæredes erunt excludent eos qui hæredes non erunt. Le Bran, des Successions.

IX.

*Parens non amplius secundo conjugii, quam ei liberorum cui minus dederit, relinquere potest.*

Pater aut mater cæterique parentes, qui susceptis ex prioris matrimonio liberis, ad secundas nuptias transierint, secundo conjugii nihil amplius, quovis titulo, relinquere possunt, quam ei ex liberis cui minorem partem fecerint. Si plus dederint, quod excedit, ad solos prioris matrimonii liberos, non etiam ad secundi pertinebit. l. 6. C. de secund. nupt. Nov. 22. cap. 27.

LIBER XXXIX.

TITULUS I.

De operis novi nunciatione.\*

\* Nunciatio fit lapilli jactu.

I.

*Novum opus prohibetur, donec appareat an jure factum sit.*

Hoc edicto promittitur, ut sive jure, sive injuriâ opus fieret, per nunciationem inhiheretur, deinde remitteretur prohibitio hætenus, quatenus prohibendi jus is qui nuntiasset, non haberet. l. 1.

II.

*Opus novum facit qui aliquid mutat.*

Opus novum facere videtur, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid pristinam faciem operis mutat. l. 1. §. 11.

III.

*In omni fundo publico vel privato opus novum nunciatur.*

Sive autem intrà oppida, sive extrà oppida, in villis vel agris opus novum fiat, nunciatio ex hoc edicto locum habet: sive in privato, sive in publico opus fiat. l. 1. §. 14.

IV.

*Nunciatur aut ex causâ privatâ, aut ex publicâ.*

Nunciatio fit aut juris nostri conservandi causâ, aut damni depellendi, aut publici juris tuendi gratiâ. Nunciamus autem quia jus aliquod prohibendi habemus, vel ut damni infecti caveatur nobis, ab eo qui fortè in publico, vel in privato quid molitur: aut si quid contra leges edictæ Principum quæ ad modum ædificiorum facta sunt, fiet vel in sacro vel in loco religioso,

TOME II.

vel in publico, ripæve fluminis, quibus ex causis & interdicta proponuntur. l. 1. §. 16. & 17.

V.

Non solum proximo vicino, sed etiam superiori opus facienti nunciare opus novum potero. Nam & servitutes quædam intervenientibus mediis locis vel publicis, vel privatis esse possunt. l. 8.

VI.

Prætor ait, *Quem in locum nunciatum est, ne quid operis novi fieret, quâ de re agitur: quod in eo loco antequam nunciatio missa fieret, aut in eâ causâ esset ut remitti deberet, factum est, id restituas.* l. 20.

Quod si ita restitutum non erit, quanti ea res erit, tantam pecuniam dabit, si hoc petitori placuerit. l. 21. §. 4.

*Licet sint fundi, intermediæ nunciatio locum habet, si intersit.*

*Restituendum quod post nunciationem factum est.*

TITULUS II.

De damno infecto, & de suggrundis, & protectionibus.

I.

Res damni infecti celeritatem desiderat, & periculosa dilatio Prætori videtur. l. 1.

II.

Damnum infectum est damnum nondum factum, quod futurum veremur. l. 2.

Hoc edictum prospicit, damno nondum facto, cum cæteræ actiones ad damna quæ contigerunt faciendæ pertineant, ut in legis Aquiliæ actione, & aliis. l. 7. §. 1.

III.

Evenit, ut nonnunquam damno dato nulla nobis competat actio, non interpositâ antea cautione: veluti si vicini ædes ruinosa in meas ædes ceciderint. Adeo ut plerisque placuerit, nec cogi quidem eum posse, ut rudera tollat, si modo omnia quæ jaceant, pro derelicto habeat *a*. l. 6.

*a* Etiam totas ædes. l. 7. §. 1. & 2. l. 8. & 9. V. l. 8. De incendio.

De damno facto nihil edicto cavetur. Cum enim animalia quæ noxam commiserunt, non ultra nos solent onerare, quam ut noxæ ea dedamus: multò magis ea quæ animâ carent, ultra nos non deberent onerare *b*; præsertim cum res quidem animales quæ damnum dederint, ipsæ extant, ædes autem si ruinâ suâ damnum dederunt, deserunt extare. Unde quaeritur, si antequam caveretur, ædes deciderunt, neque dominus rudera velit egerere, eaque derelinquat, an sit aliqua adversus eum actio? & Julianus consultus: si priusquam damni infecti stipulatio interponeretur, ædes vitiosæ corruissent, quid facere deberet is, in cujus ædes rudera decidissent, ut damnum sarciretur, respondit: si dominus ædium quæ ruerunt vellent tollere, non aliter permittendum, quam ut omnia, id est, & quæ inutilia essent, auferret: nec solum de futuro, sed & de præterito damno cavere non debere. Quod si dominus ædium quæ deciderunt, nihil facit, interdictum reddendum ei, in cujus ædes rudera decidissent, per quod vicinus compelleretur aut tollere, aut totas ædes pro derelicto habere. Quod fortè tunc rectè dicitur, cum non ipsius negligentia, sed propter aliquod impedimen-

*b* Ratio quia bona non forent quæ plus incommodi quam commodi afferrent. V. l. 49. de verborum significatione. l. 61. §. 5. de furtis; & titulos, si quadrupes; & de noxalibus actionibus. Distingue tres casus, 1º. Si absque ullâ actione motâ damni infecti nomine ædes corruunt in ædes vicini; tunc sufficit domino ædium ruinosa eas cum ruinis derelinquere. 2º. Si post actionem motam ædes derelinquit, non tenetur cavere damni infecti. 3º. Si caverit, id est, repromiserit damni infecti & ædes ruerint, tunc non sufficit ædes derelinquere, sed totum damnum sarciri debet. Unde explodi debent. l. 6. & 44. ut stetur isti distinctioni. Nota. Si cum pluribus rudibus mobilia quædam deciderint, potestas non fiet domino ingrediendi ædes alienas ut ea tollat, nisi omne damnum sarciat. Arg. l. 8. de incendio. V. l. 9. §. 1. 2. 3. h. t.

*In actione damni infecti periculosa dilatio.*

*Hic agitur de damno futuro.*

*Dominus ædium, quæ eo non interpellato corruerunt, aut eas pro derelicto habere, aut damnum omne sarcire debet: nisi damnum passo imputari possit, quod sibi non prospexerit.*

tum sibi non prospexit. Hoc amplius Julianus posse dici compellendum eum, ut etiam de præterito damno caveret. Quod enim in re integrâ custoditur, hoc non iniquè etiam post ruinam ædium præstabitur. Integrâ autem re unusquisque cogitur aut de damno infecto cavere, aut ædibus carere quas non defendit. Denique, inquit, si quis propter angustias temporis, aut quia reip. causâ aberat, non potuerit damni infecti stipulari, non iniquè Prætorem curaturum, ut dominus vitiosarum ædium, aut damnum faciat, aut ædibus careat: sententiam Juliani utilitas comprobat. l. 7. §. 1. & 2. l. 8. & l. 9.

Cùm postulassem ut mihi damni infecti promitteres, noluisti: & priusquam Prætör adiretur, ædes tuæ corruerunt, & damnum mihi dederunt: Potius esse, ait, ut nihil novi Prætör constituere debeat, & meâ culpâ damnum sim passus qui tardiùs experiri cœperim. l. 44.

I V.

De his quæ vi fluminis importata sunt, an interdictum dari possit quæritur? Trebatius refert cùm Tiberis abundasset, & res multas multorum in aliena ædificia detulisset, interdictum à Prætore datum, ne vis fieret dominis quominus sua tollerent, auferrent, si modo damni infecti repromitterent. Alphenus quoque scribit, si ex fundo tuo crusta lapsa sit in meum fundum, eamque petas, dandum in re iudicium de damno jam factò. Idque Labeo probat. Nam arbitrio iudicis, apud quem res prolapsæ petentur, damnum quod antè sensi, non contineri: nec aliter dandam actionem, quàm ut omnia tollantur, quæ sunt prolapsa. l. 9. §. 1. & 2.

Si ratis in agrum meum vi fluminis delata sit, non aliter tibi potestatem tollendi faciendam, quàm si de præterito quoque damno mihi cavisses. l. 9. §. 3. V. l. 8. de incendio.

V.

Ita demùm crustam vindicari posse, idem Alphenus ait, si non coaluerit, nec unitatem cum terrâ meâ fecerit. Nec arbor potest vindicari à te quæ translata in agrum meum cum terrâ meâ coaluit c. Sed nec ego potero tecum agere, jus mihi non esse, ita crustam habere, si jam cum terrâ meâ coaluit: quia mea facta est. l. 9. §. 2. in fin.

c Ista prescriptio est valdè extraordinaria quæ certum tempus non habet. V. l. 7. §. 2. de acquirendo rerum dominio.

V I.

Superficiarum & fructuarium damni infecti utiliter stipulari constat. l. 13. §. 8.

Damni infecti stipulatio competit non tantùm ei cuius in bonis res est, sed etiam cuius periculo res est. l. 18.

V II.

Item apud Vivianum relatum est, si ex agro vicini arbores vi tempestatis confractæ, in meum agrum deciderint, eoque facto vitibus meis, vel segetibus nocent, vel ædificia demoliant, stipulationem istam, in quâ hæc comprehenduntur, si quid arborum locive vitio acciderit, non esse utilem: quia non arborum vitio, sed vi ventorum damnum mihi datum est. Planè si vetustate arborum hoc fiebat, possumus dicere vitio arborum damnum mihi dari. Idem ait, si damni infecti ædium mearum nomine tibi promisero; deindè hæc ædes vi tempestatis in tua ædificia ceciderint, eaque diruerint, nihil ex eâ stipulatione præstari, quia nullum damnum vitio mearum ædium tibi contingit, nisi fortè ita vitiosæ meæ ædes fuerint, ut quâlibet, vel minimâ tempestate, ruerint. Hæc omnia vera sunt. l. 24. §. 9. & 10.

Damni infecti quidam vicino repromiserat: ex cuius ædificio tegulæ vento dejectæ ceciderant in vicini tegulas, easque fregerant. Quæsitum est, an aliquid præstari oportet? Respondit, si vitio ædificii, & infirmitate factum esset, debere præstari: sed si tanta vis venti fuisset, ut quamvis firma ædificia convelleret, non debere: & quod in stipulatione est, siue quid ibi ruet, non videri sibi ruere, quod aut vento, aut

omniò aliquâ vi extrinsecus admota caderet: sed quod ipsum per se concideret. l. 43.

V III.

Item videamus quando damnum dari videatur: stipulatio enim hoc continet, quòd vitio ædium, loci, operis damnum fit: ut putà in domo meâ puteum aperio: quo aperto venæ putei tui præcisæ sunt: an teneat? Ait Trebatius, non teneri me damni infecti. Neque enim æstimari, operis mei vitio damnum tibi dari in eâ re, in quâ iure meo usus sum. Si tamen tam altè fodiam in meo, ut paries tuus stare non possit, damni infecti stipulatio committetur. d. l. 24. §. 12.

d Vide contra l. 13. Finium regundorum. Sufficit enim ad fodiendum puteum passus latitudinem observare, & vicinus qui domum struxit debuit prævidere vicinum posse aliquando puteum fodere.

Proculus ait, cùm quis iure quid in suo faceret, quamvis promississet damni infecti vicino, non tamen eum teneri eâ stipulatione: veluti si juxta mea ædificia habeas ædificia, eaque iure tuo altiùs tollas: aut si in vicino tuo agro cuniculo vel fossâ aquam meam avoces: quamvis enim & hîc aquam mihi abducas, & illic luminibus officias, tamen ex eâ stipulatione actionem mihi non competere; scilicet, quia non debeat videri is damnum facere, qui eo veluti lucro quo adhuc utebatur, prohibetur. Multumque interesse, utrum damnum quis faciat, an lucro, quod adhuc faciebat, uti prohibeatur. Mihi videtur vera esse Proculi sententia. l. 26. V. Tit. seq. l. 1. §. 12.

I X.

In hæc stipulatione venit, quanti ea res erit. Et idèd Cassius scribit, eum qui damni infecti stipulatus est, si propter metum ruinæ ea ædificia, quorum nomine sibi cavit, fulsit, impensas ejus rei ex stipulatu consequi posse. Idemque juris esse, cùm propter vitium communis parietis, qui cavit sibi damni infecti onerum eorum relevandorum gratiâ, quæ in parietem incumbunt, ædificia sua fulsit. l. 28.

X.

In parietis communis demolitione, ea quæri oportet e; si satis aptus fuerit oneribus ferendis, an non fuerit aptus. Sed ita idoneum esse plerique dixerunt, ut utrarumque ædium onera, quæ modo iure imponantur, communis paries sustinere possit. l. 35, & 36.

e Paris. 195. & 196.

X I.

Ex damni infecti stipulatione non oportet infinitam, vel immoderatam æstimationem fieri f: ut putà ob tectoria, & ob picturas: licèt enim in hæc magna erogatio facta est, attamen ex damni infecti stipulatione moderatam æstimationem faciendam: quia honestus modus servandus est, non immoderata cuiusque luxuria subsequenda g. l. 40.

f Non plurius quàm vulgaria tectoria æstimari debere. l. 13. §. 1. De servitutibus prædiorum urbanorum.

g Præclara lex, & digna lege Oppiâ de luxu.

X II.

Quoties communis parietis vitio quid accidit, socius socio nihil præstare debet, cùm communis rei vitio contigerit. Quòd si quia alter eum presserat, vel oneraverat, idcirco damnum contingit, consequens est dicere detrimentum hoc, quod beneficio ejus contingit, ipsum sarcire debere. l. 40. §. 1.

X III.

Si plurium sint ædes quæ damnosæ imminet, utrùm adversus unumquemque dominorum in solidum competit, an in partem? Et scribit Julianus, quod & Sabinus probat, pro dominicis partibus conveniri eos oportere. l. 40. §. 3. h.

h V. l. 6. §. 1. De aquâ & aquæ pluvie arcendæ.

X IV.

In reficiendo communi pariete, ei potius facultas ædificandi præstatur, qui magis idoneè reficere parietem velit. Idemque dicendum est, etsi de eodem itinere, rivoque reficiendo inter duos vel plures quærat i. l. 41.

i Lex 44. §. 1. ait: Damni infecti nomine in possessionem mis-

Qui puteum aperiens vicini venas præcidit, non tenetur. Aliud si fodiens vicini fundamentis noceat; aliud enim quasi lucrum prohibere, aliud damnum inferre.

Qui metu damni vicini ædes fulsit, repetit impensas.

Oneribus aptus esse debet paries communis.

Moderanda æstimatio damni ex hoc iudicio.

Qui parietem communem nimium pressit, tenetur de damno.

Plures adium domini partibus tenentur.

Meliorẽ facere licet rem communem.

Tollere licet quæ prolapsa sunt, damnum faciendò, atque omnia tollendo.

Crusta quæ terra coaluit, ejus sit in cuius fundum prolapsa est.

Hi quorum interest hoc iudicio experiuntur.

Non venit in hoc iudicio quod vi majori contingit.

sus possidendo dominum cepit. Deinde creditor eas ædes pignori sibi obligatas persequi vult. Non sine ratione dicitur, nisi impensas quas in refectionem fecerim, mihi præstare sit paratus, inhibendam adversus me persecutionem. Cur ergo non emptori quoque id tribuendum est? Non rectè hæc inter se comparantur, quando is qui emit suâ voluntate negotium gerat, ideoque diligentius à venditore sibi cavere & possit & debeat. Quod non æquè & de eo cui damni infecti non promittatur dici potest. V. l. 20. §. 2. De pignoribus.

## XV.

Ad curatoris Reipublicæ officium spectat, ut diruta domus à dominis extruantur l. l. 46.

l. Ne civitas ruinis deformetur.

## TITULUS III.

## De Aquâ, &amp; aquæ pluvie arcendæ.

## I.

HÆC actio locum habet in damno nondum facto, opere tamen jam facto; hoc est, de eo opere, ex quo damnum timetur: totiesque locum habet, quoties manufacto opere agro aqua nocitura est. Id est, cum quis manufecerit, quò aliter flueret, quàm naturâ soleret: si forè immitendo eam, aut majorem fecerit, aut citatiorem, aut vehementiorem: aut si comprimendo redundare effecit. Quòd si naturâ aqua noceret, eâ actione non continetur. l. 1. §. 1.

## II.

De eo opere quod agri colendi causâ aratro factum sit, Quintus Mucius ait non competere hanc actionem. Trebatius autem non quod agri, sed quod frumenti dumtaxat quærendi causâ aratro factum sit, solum excepit. l. 1. §. 3. V. l. 24.

## III.

Sic debet quis meliorem agrum suum facere, ne vicini deteriorem faciat. l. 1. §. 4. V. l. 3. §. 2. de rivis. Prodesse sibi unusquisque, dum alii non nocet, non prohibetur. d. l. §. 11.

## IV.

Idem aiunt, si aqua naturaliter decurrat, aquæ pluvie arcendæ actionem cessare. Quòd si opere facto aqua aut in superiorem partem repellitur, aut in inferiorem derivatur, aquæ pluvie arcendæ actionem competere. l. 1. §. 10.

## V.

Idem aiunt, aquam pluviam in suo retinere, vel superfluentem \* ex vicini in suum derivare, dum opus in alieno non fiat, omnibus jus esse. Prodesse enim sibi unusquisque, dum alii non nocet, non prohibetur: nec quemquam hoc nomine teneri. l. 1. §. 11.

## VI.

Marcellus scribit, cum eo qui in suo fodiens vicini fontem avertit, nihil posse agi, nec de dolo actionem. Et sanè non debet habere, si non animo vicino nocendi, sed suum agrum meliorem faciendi, id fecit. l. 1. §. 12. V. l. de damn. infecto. l. 26.

## VII.

Item sciendum est hanc actionem vel superiori adversus inferiorem competere, ne aquam quæ naturâ fluat, opere facto inhibeat per suum agrum decurrere: & inferiorem adversus superiorem, ne aliter aquam mittat quàm fluere naturâ solet. a. l. 1. §. 13.

a Ergo non licere partem rivi avertere etiam in suum usum, si forè diminutio aquæ noceat molendinis inferioribus. Arg. l. 10. §. ult.

## VIII.

Huic illud etiam applicandum nunquam competere hanc actionem, cum ipsius loci natura nocet, nam (ut verius quis dixerit) non aqua, sed loci natura nocet. l. 1. §. 14. l. 14. §. 1.

## IX.

Semper hæc est servitus inferiorum prædiorum, ut naturâ profluentem aquam excipiant. l. 1. §. 22.

## X.

Denique ait (Labeo) conditionibus agrorum quasdam leges esse dictas: ut quibus agris magna sint flu-

TOME II.

mina, liceat mihi scilicet in agro tuo aggeres vel fossas habere. Si tamen lex non sit agro dicta, agri naturam esse servandam, & semper inferiorem superiori servire. Hoc incommodum naturaliter pati inferiorem agrum à superiore, compensareque debere cum alio commodo. Sicut enim omnis pinguitudo terræ ad eum decurrit, ita etiam aquæ incommodum ad eum defluere. Si tamen lex agri non inveniatur, vetustatem vicem legis tenere. Sanè enim (&) in servitutibus hoc idem sequimur, ut ubi servitus non invenitur imposita, qui diù usus est servitute, neque vi, neque precario, neque clam, habuisse longâ consuetudine, vel ex jure impositam servitutem videatur. b. Non ergo cogemus vicinum aggeres munire, sed nos in ejus agro muniemus: eritque ista quasi servitus, in quam rem utilem actionem habemus, vel interdictum. l. 1. §. ult.

b. L. 10. Si servitus vindicetur. l. ult. h.

## XI.

In summâ tria sunt per quæ inferior locus superiori servit: lex, natura loci, vetustas quæ semper pro lege habetur, minuendarum scilicet litium causâ. c. l. 2.

c Vetustas cujus origo memoriam excessit, jure constituti loco habetur. l. 3. §. 4. De aquâ quoridianâ & æstivâ. Vide infra, l. ult.

## XII.

Apud Ateium verò relatum est, eam fossam ex quâ ad inferiorem fundum aqua descendit d, cogendum esse vicinum purgare: sive extet fossæ memoria, sive non extet. Quòd & ipse puto probandum. l. 2. §. 4 e.

d V. l. 11. §. ult. ubi distinguitur inter id quod fit subito & id quod fit paulatim. e In l. 2. §. 6. Dominus fundi servientis tenetur tantum pati ut purgetur: ratio quia agitur de immunditiis fundi superioris, neque enim inferiora ascendunt.

## XIII.

Item Varus ait, aggerem qui in fundo vicini erat; vis aquæ dejecit, per quod effectum est, ut aqua pluvia mihi noceret. Varus ait, si naturalis agger fuit, non posse me vicinum cogere, aquæ pluvie arcendæ actione ut eum reponat, vel reponi sinat. Idemque putat, etsi manu factus fuit, neque memoria ejus extaret. Quòd si extet, putat aquæ pluvie arcendæ actione eum teneri. Labeo autem, si manu factus agger, etiam si memoria ejus non extat, agi posse ut reponatur. Nam hæc actione neminem cogi posse ut vicino profit, sed ne noceat, aut interpellet facientem quod jure facere possit. Quanquam tamen deficiat aquæ pluvie arcendæ actio, attamen opinor utilem actionem, vel interdictum mihi competere adversus vicinum, si velim aggerem restituere in agro ejus, qui factus mihi quidem prodesse potest, ipsi verò nihil nociturus est f. Hæc æquitas suggerit, etsi jure deficiamus g. l. 2. §. 5.

f Quod alicui prodest & alteri non nocet facile concedendum est. g Quia malitiis indulgendum non est. l. 38. De rei vindicatione.

## XIV.

Apud Namusam relatum est, si aqua fluens iter suum stercore obstruxerit, & ex restagnatione superiori agro noceat, posse cum inferiori agi, ut sinat purgari h. Hanc enim actionem non tantum de operibus esse utilem manu factis, verum etiam in omnibus quæ non secundum voluntatem sint. Labeo contra Namusam probat: ait enim naturam agri ipsam a se mutari posse. Et ideo cum per se natura agri fuerit mutata, æquo animo unumquemque ferre debere i, sive melior, sive deterior ejus conditio facta sit: idcirco & si terræ motu, aut tempestatis magnitudine soli causa mutata sit, neminem cogi posse, ut sinat in pristinam loci conditionem redigi. Sed nos etiam in hunc casum æquitatem admittimus. l. 1. §. 6.

h In l. 2. §. 4. Dominus loci superioris tenetur ipse purgare suis impensis: quia semper sunt immundities loci superioris. l. 11. §. 4. i Labeonis sententia mihi non placet: nam fundus inferior debet servitutem naturalem superiori. Qui autem debet servitutem pati debet ut res reficiatur, ergo & ut purgetur. l. 11. §. 1. Communia prædiorum tam urbanorum.

l Id est. contra Labeonem.

agro haberi potest.

Servitutes tempore acquiruntur.

Locus loco servit, lege, naturâ, vetustate.

Superioris fundi dominus fossam purgat cujus aquam inferior excipit.

Aggerem vi aquæ dejectum vicino reponere licet.

Ubi jus deficiat æquitas sequitur.

Mutatum ipsâ natura locum restituere potest is cujus interest.

Interest Reipublicæ diruta extrui.

Ne fiat opus quo aqua aliter fluat, & noceat.

Hæc actione non tenetur qui aratro fructus quærendi causâ, opus fecit.

Sibi quisque ut proficit ne alteri noceat.

Quod opere facto nocet, hæc actione coercetur, non quod naturâ.

In suo aquam pluviam retinere, & ex vicini in suum derivare licet. \* superfluentem.

Qui in suo fodiens vicini fontem avertit, non tenetur: nisi id agat tantum ut noceat.

Superiori adversus inferiorem & contra hæc actio competit, ne aqua aliter fluat.

Si ex naturâ loci aqua noceat, nulla est actio.

Agri inferiores superiores aquam excipiunt.

Servitus aggeris in alieno

*Antiquorum probatio per eos qui meminerint, vel audierint factum.*

Idem Labeo ait, cum queritur an memoria extet facto opere non diem & consulem ad liquidum exquirendum *m*, sed sufficere si quis sciat factum; hoc est, si factum esse non ambigitur, nec utique necesse esse superesse qui meminerint: verum etiam si qui audierint eos qui memoriâ tenuerint. l. 2. §. 8. *n*.

*m* Licet hic vagari. *n* V. l. 28. De probationibus.

## XVI.

*Avertere flumen licet ne sibi noceat, quamvis alteri noceatur.*

Idem Labeo ait, si vicinus flumen, torrentem averterit ne aqua ad eum perveniat, & hoc modo sit effectum, ut vicino noceatur, agi cum eo aquæ pluvie arcendæ non posse. Aquam enim arcere, hoc esse curare ne influat. Quæ sententia verior est, si modo non hoc animo fecit, ut tibi noceat, sed ne sibi noceat *o*. l. 2. §. 9.

*o* Ergo non liceret murum ita extollere ut obscurarentur lumina vicini si fortè id non prodesset murum extollenti. Arg. l. 2. §. 5. h. l. 38. De rei vindicatione. Paris, 195.

## XVII.

*In plures dominos pro singulis partibus agit: plures domini pro suis partibus agunt.*

Si ex plurium fundo decurrens aqua noceat; vel si plurium fundo noceatur *p*; placuit, eoque jure utimur, ut si plurium fundus sit, singuli in partem experiantur, & condemnatio in partem fiat: si cum pluribus agatur, singuli in partem conveniantur, & in partem fiat condemnatio *q*. l. 6. §. 1. l. 11. §. 3.

*p* Point de solidité. *q* V. l. 40. §. 3. De damno infecto.

## XVIII.

*Damni vera sit æstimatione.*

Æstimationem autem iudex faciet ex rei veritate, hoc est, ejus damni quod apparuerit datum. l. 6. §. ult.

## XIX.

*Volenti non fit injuria.*

Nullam potest videri injuriam accipere qui semel voluit. l. 9. §. 1. l. 19. & 20.

## XX.

*Non ducitur aqua ex flumine, si minus navigabile futurum sit.*

Si flumen navigabile sit, non opertere Prætozem concedere ductionem ex eo fieri, Labeo ait, quæ flumen minus navigabile efficiat. Idemque est, & si per hoc aliud flumen fiat navigabile. l. 10. §. ult.

## XXI.

*Nec pontem, nec arcum supra iter alienum extruere licet.*

Supra iter alienum arcus aquæ ducendæ causâ non jure fiet. Nec is, cui iter, actus debetur, pontem quâ possit ire agere, jure extruet. l. 11.

## XXII.

*Manufactum opus restituendum: si quid vi contigit, patientia præstanda.*

Trebatius existimat, si de eo opere agatur, quod manufactum sit, omnimodò restituendum id esse ab eo cum quo agitur: si verò vi fluminis ager deletus sit, aut glareâ injecta, aut fossa limo repleta, tunc patientiam dumtaxat præstandam *r*. l. 11. §. ult.

*r* V. l. 2. §. 4. Ubi Dominus fundi superioris tenetur purgare quod fit paulatim, secus hic quia id fit subitâ vi.

## XXIII.

*Servitus tempore amittitur.*

Si priùs nocturnæ aquæ servitus mihi cessa fuerit, deinde postea aliâ cessione diurnæ quoque ductus aquæ mihi concessus fuerat *s*, & per constitutum tempus nocturnâ dumtaxat aquâ usus fuerim, amitto servitutum aquæ diurnæ: quia hoc casu plures sunt servitutes diversarum causarum *t*. l. 17.

*s* V. l. 10. §. 1. Quemadmodum servitus amittitur.

*t* Si patiente vicino opus faciam ex quo ei aqua pluvia noceat, non teneri me actione aquæ pluvie arcendæ. l. 19. l. 9. §. 1.

## XXIV.

*Errantis nulla voluntas.*

Nulla voluntas errantis est *u*. l. 20.

*u* Sed hoc ita si non per errorem aut imperitiâ deceptus fuerit. Nulla enim voluntas errantis est. l. 20.

## XXV.

*Superiori sic arare licet ut velit, quamvis ad inferiorem sulci aquam derivent.*

Vicinus loci superioris pratum ita arabat, ut per sulcos, itemque porcas aqua ad inferiorem veniret. Quæsitum est, an per arbitrium *x* aquæ pluvie arcendæ possit cogi, ut in alteram partem araret ne sulci in ejus agrum spectarent? Respondit, non posse eum facere, quominus agrum vicinus quemadmodum vellet, araret *y*. l. 24.

*x* Nota in jurgiis inter vicinos iudices dati dicebantur arbitri, quia hoc nomen lenius est & facilius conciliat animos.

*y* V. l. 1. §. 3.

## XXVI.

*Vetus opus*

Scævola respondit, solere eos qui juri dicundo præ-

sunt, tueri ductus aquæ, quibus auctoritatem vetustas daret, tamen jus non probaretur l. ult. *z*.

*z* V. l. 1. §. ult. & l. 2. supra.

*ris pro titulo est.*

## TITULUS IV.

## De publicanis, &amp; vectigalibus, &amp; commissis.

## I.

IMPERATORES Antoninus & Verus rescripserunt, in vectigalibus ipsa prædia, non personas conveniri; & ideo possessores etiam præteriti temporis vectigal solvere debere, eoque *a* exemplo *b* \* actionem, si ignoraverint *c*, habituros. l. 7. *d*.

*Onus vectigalis fundo coheret. \* Ex emptor*

*a* Eosque. Hotman. *b* Exemplo. Cujac. *c* Licet scierint. Loyseau. Scilicet quoad præterita vectigalia; nam emptor tenetur de futuris si scierit, non autem de præteritis, licet scierit.

*d* V. l. 39. §. 5. De legatis 1<sup>o</sup>. l. 21 §. 1. De actionibus empti & venditi.

## II.

Fiscus ab omnium vectigalium præstationibus immunis est. Mercatores autem, qui de fundis fiscalibus mercari consueverunt, nullam immunitatem solvendi publici vectigalis usurpare possunt. l. 9. §. ult.

*Fiscus immunis est.*

## III.

Vectigalia, sine Imperatorum præcepto, neque Præfidi, neque curatorum, neque curiæ constituere, nec præcedentia reformare, & iis vel addere, vel diminuire, licet. l. 10.

*Solus princeps vectigal imponit, auget, minuit.*

## IV.

Licet quis *e* se ignorasse dicat, nihilominus eum in pœnam vectigalis incidere *f*, Divus Hadrianus constituit. l. 16. §. 5.

*Incidit in pœnam vectigalis etiam qui ignorat.*

*e* La Loi 12 dit: Quantæ audaciæ, quantæ temeritatis sint publicanorum factiones, nemo est qui nesciat. *f* V. l. 2. §. 20. Vi honorum raptorum. La Loi 6 dit: Si multi publicani sint qui illicitè quid exegerunt, non multiplicatur duplicatio, sed omnes partes præstabunt, & quod ab alio præstari non potest, ab alio exigetur, nam inter criminis reos & fraudis participes multum esse constitit. La peine de la fraude ne se multiplie pas. l. 7. in fine. l. 8. De jurisdictione. l. 8. Ne quis eum. l. 46. §. ult. De jure fisci. Ex hac lege 46. §. ult. De jure fisci concludi potest, qu'on ne peut prononcer qu'une seule amende de 1000 liv. contre plusieurs fraudeurs de tabac pour raison du même fait.

## V.

Pœnæ ab hæredibus peti non possunt, si non est quæstio mota vivo eo qui deliquit: & hoc sicut in cæteris pœnis, ita & in vectigalibus est *g*. l. ult. §. 13.

*Pœna non transit in hæredem ejus cui non est mota quæstio.*

*g* La Loi 8. dit: Fraudati vectigalis crimen ad hæredem ejus qui contraxit, commissi ratione transmittitur. Il faut donc distinguer entre la confiscation & l'amende, la confiscation passe de plein droit contre l'héritier, secus, de l'amende.

## TITULUS V.

## De Donationibus.

## I.

DONATIONES complures sunt. Dat aliquis eâ mente ut statim velit accipientis fieri, nec ullo casu ad se reverti: & propter nullam aliam causam facit quàm ut liberalitatem, & munificentiam exercent *a*. Hoc propriè donatio appellatur. l. 1.

*Donatio propriè dicitur ejus quod quibit ita dat, ut non sit unquam ad se reverti.*

*a* Ergo donatio mutua non est propriè donatio; nam ea potius est donantis intentio ut accipiat, quàm ut donet.

## II.

Dat aliquis, ut tunc demùm accipientis fiat, cum aliquid secutum fuerit: non propriè donatio appellatur, seu totum (hoc) donatio sub conditione est. l. 1.

*Donatio quibit res tunc fiat accipientis, cum quid secutum fuerit conditionalis est.*

## III.

Item cum quis eâ mente dat, ut statim quidem faciat accipientis, si tamen aliquid factum fuerit, aut non fuerit, velit ad se reverti: non propriè donatio dicitur, sed totum hoc donatio est, quæ sub conditione solvatur, qualis est mortis causâ donatio. l. 1.

*Cum id quod donatur ita sit accipientis, ut ad donantem se quid evenerit, revertatur, donatio est quæ sub conditione solvitur.*

## I V.

Si quis donaturus mihi pecuniam dederit alicui, ut ad me perferret, & ante mortuus erit *b*, quam ad me perferat: non fieri pecuniam domini mei constat *c*. l. 2. §. 6. V. l. 1. 10. d.

*b* Qui dedit. *c* Quia mandatum morte expirat. V. contra l. 4. De manumissis vindicta. d L. 19. §. 3. l. 3. §. 2. De liber. legat.

## V.

Titio decem donavi eâ conditione ut (inde) Stichum sibi emeret. Quæro, cum homo antequam emeretur, mortuus sit, an aliquâ actione decem recipiam? Respondit, facti magis quam juris quæstio est. Nam si decem Titio in hoc dedi, ut Stichum emeret, aliter non daturus; mortuo Sticho, conditione repetam: si verò aliàs quoque donaturus Titio decem, quia interim Stichum emere proposuerat, dixerim, in hoc me dare, ut Stichum emeret, causa magis donationis, quam conditio dandæ pecuniæ existimari debet; & mortuo Sticho pecunia apud Titium remanebit. Et generaliter hoc in donationibus definiendum est, multum interesse causa donandi fuit, an conditio: si causa fuit, cessare repetitionem *e*: si conditio, repetitioni locum fore. l. 2. §. ult. & l. 3.

*e* Nota discrimen inter causam & conditionem. Causa in præteritum confertur, conditio in futurum. l. 12. de conditionibus & demonstrationibus.

## V I.

Ex rebus donatis fructus perceptus in rationem donationis non computatur. Si verò non fundum sed fructus perceptionem tibi donem *f*, fructus percepti venient in computationem donationis. l. 9. §. 1. l. 11.

*f* Quid de la Légitime, si le donataire a laissé accumuler des intérêts: Par exemple, une fille à qui l'on a constitué une somme en dot, prendra-t-elle les intérêts qui peuvent lui être dus sans être tenu d'y fournir la Légitime aux autres? V. Perchambaut, sur Bretagne, art. 597. & les placités de Normandie, art. 95.

## V I I.

Donari non potest, nisi quod ejus fit cui donatur. l. 9. §. ult.

## V I I I.

Absenti sive mittas qui ferat, sive quod ipse habeat sibi habere eum jubeas, donari rectè potest. Sed si nescit rem, quæ apud se est, sibi esse donatam, vel missam sibi non acceperit, donatæ rei dominus non fit. l. 10. Non potest liberalitas nolenti acquiri. l. 19. §. 2.

## I X.

Qui ex donatione se obligavit, ex rescripto Divi Pii, in quantum facere potest, convenitur: sed enim id quod creditoribus debetur erit detrahendum. Hæc verò de quibus ex eadem causâ quis obstrictus est *g*, non debet detrahere. l. 12.

*g* In solo donare detrahitur quod creditoribus debetur ut computetur quid facere possit.

Quid id quod ex causâ donationis stipulanti sponderat *h*, solvi constituit, actione constitutæ pecuniæ non in solidum, sed in quantum facere potest convenitur; causam enim & originem constitutæ pecuniæ, non judicii potestatem, prævalere placuit *i*. Sed & condemnatus ex causâ donationis, in actione judicari non frustra desiderat, in quantum facere potest, conveniri. l. 33. V. infr. d. l. 33. §. 3.

*h* Point de novation. V. l. 24. De causâ mortis donationibus.

*i* Exceptio quæ non infringit judicatum, sed dumtaxat potest opponi post sententiam; idem de discussione.

## X.

Post contractum capitale crimen *l* donationes factæ non valent, ex constitutione Divorum Severi & Antonini (nisi) condemnatio secuta sit. l. 15. m.

*l* V. 10. De jure patronatus. l. 104. De verborum significatione. Reo criminis postulato nihil prohibet interim pecuniam à debitoribus solvi, alioquin plerique innocentium necessario sumptu egebunt. l. 41. De solutionibus. l. 46. §. 6. De jure fisci. l. 20. De accusationibus. *m* Chez nous par une Déclaration du Roi, les amendes ont hypothèque du jour du crime. On juge la même chose pour les intérêts civils dans les grands crimes.

## X I.

Labeo ait *n*, si quis mihi rem alienam donaverit, *n* V. l. 30. §. 1. De manumissionibus. l. 15. Qui & à quibus

inque eam sumptus magnos fecero, & sic evincatur *o*: nullam mihi actionem contra donationem competere. Planè de dolo posse me adversus eum habere actionem, si dolo fecit *p*. l. 18. §. 3.

manumissi. Anton. Fab. 7<sup>o</sup>. conject. 20. l. 7. De causâ mortis donationibus. l. 9. C. De bonis proscriptis. l. 31. §. ult. De donationibus. l. 20. De accusationibus. l. 24. C. De donationibus inter. l. 32. §. 7. ff. eod. l. 5. §. 4. C. ad. l. Juliam majest. V. l. 2. C. Qui testamenta facere. *o* Evictio in donatione non spectat nisi sumptus. *p* Ne quod benignè contulerit, fraudis consilio revocet. V. l. 62. in fine. De Aedilitio edicto. l. 17. §. 3. in fine commodari vel contra. l. 2. C. De evictionibus.

## X I I.

Labeo scribit, extra causam donationum esse talium officiorum mercedes, ut putà, si tibi adfuero, si satis pro te dederò, si quâlibet in re operâ vel gratiâ meâ usus fueris *q*. l. 19. §. 1.

*q* Tres sunt sensus hujus legis. Primus est has donationes non esse remuneratorias. Secundus est has operas non esse donationes. Tertius est mercedes harum operarum non esse donationes, sed debiti præstationem. V. infr. n. 19. l. 34. §. 1.

## X I I I.

De illo dubitari potest, qui quod per falcidiam retinere poterat, voluntatem testatoris secutus, spondit se daturum *r*. Sed magis est, ut non possit suæ confessioni *s* obviare. Quemadmodum enim, si solvisset, fidem testatori suo adimplesse videbatur, & nulla ei repetitio concessa fuerat: ita & stipulatione procedente, contra fidem testatoris quam agnovit venienti ei merito occurreretur. l. 20. §. 1.

*r* Hæc stipulatio facta fuerat post mortem testatoris & post jus hæredi quæsitum, non autem vivo testatore propter l. 15. Ad legem falcidiam. §. 1. Id est, cautioni, nam Græci cautionem vocant ἀπορησυσ, Gotofr.

## X I V.

Eum qui donationis causâ pecuniam, vel quid aliud promissit, de morâ solutionis pecuniæ usuras non debere summæ æquitatis est. l. 22.

Nuda ratio non facit aliquem debitorem: ut putà quod donare volumus, licet referamus in rationes nostras debere nos, tamen nulla donatio intelligitur. l. 26. V. l. 27. de probationibus. l. 80. §. 10. de leg. 2<sup>o</sup>.

## X V.

Donari videtur quod nullo jure cogente conceditur. l. 29.

## X V I.

Quidam in jure interrogatus, nihil sibi debere tutoris hæredes respondit: eum actionem jure amisisse respondi. Licet enim non transactionem, sed donationis hæc verba esse quis accipiat, attamen eum qui in jure confessus est, suam confessionem infirmare non posse. l. 29. §. 1. V. Tit. de confess.

## X V I I.

Donationem quidem partis bonorum proximæ cognatæ viventis nullam fuisse constabat: verum ei qui donavit, ac postea jure Prætorio successit, quoniam adversus bonos mores & jus gentium festinasset, actiones hæreditarias in totum denegandas respondit *e*. Nam ei, ut indigno, aufertur hæreditas. l. 29. §. 2. & l. 30.

*e* De verborum obligationibus. n. ult. l. ult. C. de pactis. l. 2. §. 2. De vulgari. l. 4. C. De inutili stipulatione.

## X V I I I.

Si cum primus tibi donare veller, & tu donandi secundo voluntatem haberes, primus secundo ex voluntate tuâ stipulanti promiserit, perficitur donatio. Et quia nihil primus secundo à quo convenitur donavit, & quidem in solidum, non in id quod facere potest condemnatur *u*. Idque custoditur, & si delegante eo, qui donationem erat accepturus, creditori ejus donator promiserit. Et hoc enim casu creditor suum negotium gerit. l. 33. §. 3. V. f. l. 12. & inf. de re judic. & l. 41.

*u* Delegatio tollit exceptiones de legato & privilegia. l. 19. De novationibus.

## X I X.

Si quis aliquem à latrunculis vel hostibus eripuit, & aliquid pro eo ab ipso accipiat, hæc donatio irre-

etnetur de sumptibus in eam factis, si evincatur.

Aliud officium, aliud donatio.

Hæres qui solidum legatum promissit falcidiam non utetur.

Ex donatione usura non debentur propter moram, sed si in dotem datum sit.

Non donas qui dare jure cogitur.

Quod quis in jure confessus est infirmare non potest.

Viventis hæreditatem donans nihil agit, eaque privatur.

Donator qui tertio pro donatario promissit in solidum convenitur.

Pretium saluti non tantum.

*donatio quam merces.*

vocabilis est *x*. Non *y* merces eximii laboris appellanda est: quod contemplatione salutis certo modo aestimari non placuit *z*. l. 34. §. 1. *a*.

*x* Ex causâ ingratitudinis. *y* Enim donatio, sed. Vel si tamen donatio non merces. *z* Vide Anton. Fab. *a* Vide l. 19. §. 1.

## XX.

*Ære alieno donatarius non oneratur, sed hæres.*

Æris alieni quod ex hæreditariâ causâ venit, non ejus qui donationis titulo possidet, sed totius juris successoris onus est *b*. Si itaque nemini obligata prædia per donationem consecuta es, supervacuum geris sollicitudinem, ne vel hæredes donatricis, vel ejus creditores te jure possint convenire. l. 15. C. eod.

*b* Vide l. 1. §. 16. Ad Trebellianum. l. 50. §. 1. De judiciis. l. ult. C. de hæreditariis actionibus.

## XXI.

*Donare potest senex.*

Senectus ad donationem faciendam sola non est impedimento *c*. l. 16. C. eod.

*c* Vide l. 3. C. Qui testamenta facere.

## XXII.

*Donationes insinuandæ.*

Data jam pridem lege statuimus, ut donationes interveniente actorum testificatione conficiantur *d*: quod vel maximè inter necessarias, conjunctasque personas convenit custodiri. Si quidem clandestinis ac domesticis fraudibus *e* facillè quidvis, pro negotii opportunitate configi potest, vel id quod verè gestum est aboleri *f*. l. 27. C. eod. l. 30. & seq. C. eod.

*d* Deficiente insinuatione donatio nulla est in quantum excedit quingentos solidos, sive aureos l. 34. C. de donationibus. Et ipse donator potest hoc superfluum vindicare, adeo ut possit defectum insinuationis opponere, quod probatur dictâ lege 34. §. 2. C. de donationibus. Ubi res donata sit communis inter donatorem & donatarium, deficiente insinuatione. Item probatur per legem 39. C. De Episcopis & Clericis. Donatio valet sine insinuatione. 1º. Si fiat à Principe dictâ lege 34. C. de donationibus. 2º. Si fiat Principi. Novel. 52. C. 2. 3º. Si fiat propter nuptias uxori minori à marito, dictâ lege 34. §. 1. l. 17. C. De donationibus ante nuptias. Hodie valet absque distinctione si fiat uxori etiam majori à marito; secus si fiat marito ab uxore, nec sequatur insinuatio. Novel. 119. & Novel. 127. 4º. Si donatio fiat dotis constituendæ causâ, quia est titulus onerosus marito. l. ult. De jure dotium. 5º. Si fiat in redemptionem captivorum. l. 36. De donationibus. 6º. Si fiat iis quorum ædes incendio deflagrarunt dictâ lege 36. §. 2. Nota enim donationes pias non esse immunes ab insinuatione; sed dumtaxat in his duobus casibus. 7º. In donatione remuneratoriâ. Cujac. 8º. In donatione causâ mortis. 9º. In donatione mutuâ. Gotofr. ad leg. 26. De causâ mortis donationibus.

*e* Facillè fraus præsumitur inter conjunctas personas.

*f* Leo Soph. Nov. 50. remisit necessitatem insinuationis in donationibus quæ scripto constant.

## XXIII.

*Usufructu retento traditio facta intelligitur.*

Quisquis rem aliquam donando, vel in dotem dando, vel vendendo, usufructum ejus retinuerit, etiam si stipulatus non fuerit, eam continuò tradidisse creditur, nec quid amplius requiratur, quò magis videatur facta traditio: sed omnimodò idem sit in his causis usufructum retinere, quò tradere. l. 28. C. eod. l. 35. §. 5. eod.

## XXIV.

*Qui donavit tradere compellitur.*

Non ex hoc inutilis sit donatio quòd res non traditæ sunt, nec confirmetur ex traditione donatio: sed liberalitatem plenam *g* & secundum legem nostram perfectissimam constitutam necessarius traditionis effectus sequatur. l. 35. §. 5. c. eod.

*g* Olim vera & realis traditio necessaria erat, hodiè nulla requiritur non quidem ficta. Moribundis autem nostris requiritur saltem ficta traditio.

## XXV.

*Donare quis potest, ut ad se donatario mortuo, quò donaverat revertatur.*

Si rerum tuarum proprietatem (dono) dedisti, ita ut post mortem ejus qui accipit ad te rediret, donatio valet. Cùm etiam ad tempus certum vel incertum ea fieri potest: lege scilicet, quæ ei imposita est, conservandâ. l. 2. C. de donat. quæ sub modo.

## XXVI.

*Conditiones adjicere donationi perfectæ non licet.*

Perfecta donatio conditiones postea non capit *h*: quare si pater tuus donatione factâ, quasdam post

*h* Quæ ab initio sunt voluntatis, ex post facto fiunt necessitatis. l. 5. C. De obligationibus & actionibus.

aliquantum temporis fecisse conditiones videatur; officere hoc nepotibus ejus fratris tui filiis minimè posse, dubium non est *i*. l. 4. C. de donat. quæ sub modo. Paris 273. contra.

*i* Mais le donateur peut opposer à son fils donataire une substitution en faveur des enfans de son fils. Dolive, l. 5. C. 15. en certain cas.

## XXVII.

Si unquam libertis patronus *l*, filios non habens, bona omnia vel partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus, & postea susceperit liberos: totum quidquid largitus fuerat, revertatur, in ejusdem donatoris arbitrio, ac ditione mansurum *m*. l. 8. C. de revoc. donat.

*Revocatur donatio supervenientibus liberis.*

*l* IV. l. 40. §. ult. De pactis. l. 102. De conditionibus & demonstrationibus. l. 30. C. De fideicom. *m* Anton. Fab. 7. conj. 14. probat legem. Si unquam malè detortam fuisse ab interpretibus ad revocandas donationes ex supervenientiâ liberorum. 1º. Jurisconsulti nunquam id excogitaverunt. 2º. In lege Quapropter ul. C. De revocandis donationibus, enumerantur à Justiniano causæ revocationis & istius non fit mentio: unde restringi debet lex Si unquam ad suum casum. 3º. Donator magis diligit donatarium quàm seipsum. Quod à fortiori magis eum diligit quàm liberos. 4º. Donatio inter vivos debet esse irrevocabilis, nec conditio addi debet ex postfacto, nec propositum in mente retentum quidquam operatur, & interpretatio fieri debet contra donatorem. 5º. Quomodo donator revocare poterit bona in favorem liberorum cùm ea ipsis relinquere non cogatur. Dicuntur enim bona revocata in arbitrio donatoris remansura. 6º. Malè Justinianus in leg. 30. C. de fideicom. Usus est præclarâ ratione Papiniani quæ legitur in l. 102. De conditionibus & demonstrationibus. Papinianus ait: Conjectura paternæ pietatis. Justinianus autem ea sic explicat, quia nemo præsumitur velle alienas successiones propriis antepone: at in lege 102. Avus non anteponebat extraneum propriæ soboli: unde ratio sumitur ex conjecturâ pietatis patris non vero avi. 7º. Molin. primus hoc jus revocandæ donationis in publicum introduxit tractatu suo ut posset donationem in fratrem suum collatam revocare, & cum jus istud nullo usu stabilitum esset, coactus fuit consentire ut res donatæ remaneret oppigneratæ doti cæterisque actionibus dotalitibus uxoris fratris. 8º. Donator potest igitur jus revocandæ donationis alteri extraneo cedere. Contra in tantum res fuerunt progressæ, ut quidam contendant donationem ipso jure revocari absque facto hominis. Gotofr. ad hanc legem ait revocari ipso jure. Item Tiraquel. V. Ricard. Et ita judicatum per Arrestum magnæ Cameræ die 26. Februarii 1703. perorantibus DD. Chauvelin & Gilbert, & D. Portail Advocato Catholico, & confirmata fuit sententia Præpositi Parisiensis in purpuris. Vide contra Journal des Audiences, t. 1. l. 8. C. 33. Du 13. Août 1717. Arrêt en la Grand'Chambre au rapport de M. l'Abbé Pajot, qui déclare un testament mutuel fait à Chartres entre mari & femme révoqué par la survenance d'un enfant. L'Arrêt est entre Eleonore Regnault, veuve de Jacques Leveville, fils & donataire de son mari, & Jacques Leveville pere.

## XXVIII.

Donationes circa filium filiamve, nepotem neptemve, vel pronepotem proneptemve emancipatos celebratas pater, vel avus, vel proavus revocare non poterit, nisi edoctis manifestissimis causis quibus eam personam in quam collata donatio est, contra ipsam venire pietatem, & ex causis quæ legibus continentur fuisse constabit ingratam. l. 9. C. de revoc. donat.

*Revocatur donatio ex causâ ingratitudinis & non impletis conventionibus.*

Generaliter sancimus omnes donationes lege confectas firmas illibatasque manere, si non donationis acceptor ingratus circa donatorem inveniatur: ita ut injurias atroces in eum effundat, vel manus impias inferat, vel jacturæ molem ex insidiis suis ingerat quæ non levem censum substantiæ donatoris imponat vel vitæ periculum aliquod ei intulerit, vel quasdam conventiones quas donationis acceptor spondit, minimè implere voluerit. l. ult. eod.

## TITULUS VI.

## De mortis causâ donationibus &amp; captionibus.

## I.

MORTIS causa donatio est, cùm quis habere se vult, quàm eum cui donat, magisque eum cui donat, quàm hæredem suum. l. 1.

*Quid mortis causâ donatio.*

## II.

Julianus tres esse species mortis causâ donationum ait.

*Tres mortis*



causâ donatio-  
num species.

ait. Unam cum quis nullo presentis periculi metu conterritus, sed solâ cogitatione mortalitatis donat. Aliam esse speciem mortis causâ donationum ait, cum quis imminente periculo commotus, ita donat, ut statim fiat accipientis. Tertium genus esse donationum ait, si quis periculo motus, non sic det, ut statim fiat accipientis, sed tunc demum cum mors fuerit insecuta. l. 2.

## I II.

Sic potest donari, ut si convaluerit (*donator*) recipiatur. l. 8. in fin.

## I V.

Donari po-  
test, ut conva-  
lescenti resti-  
tuatur.

Ei qui non amplius parte capere poterat, legatus est fundus, si decem dedisset hæredi *a*: non totam summam (is) dare debet, ut partem fundi haberet, sed partem dumtaxat, pro ratâ quâ legatum consequitur. l. 20. b.

*a* Par exemple, dans le legs d'un propre entier au lieu du quint.  
*b* L. 32. §. 4. Ad falcidiam.

## V.

Tempore mor-  
tis intuendum  
an capere pos-  
sit cui legatum  
est.

In mortis causâ donationibus non tempus donationis, sed mortis intuendum est, an quis capere possit. c. l. 22.

*c* Quia donationes sunt privati juris: secus in legatis in quibus capacitas requiritur tempore testamenti; quia testamenta sunt juris publici.

## V I.

Non præscri-  
bit debitor sus-  
pensa per do-  
nationem cau-  
sâ mortis obli-  
gatione.

Quod debitori acceptum factum esset mortis causâ, si convaluerit donator, etiam tempore liberato ei potest condici *d*. Namque acceptilatione interveniente, abutum ab jure pristinæ obligationis, eamque in hujusmodi conditionem transfusam *e*. l. 24.

*d* Hoc modo donatio nocet donatori; id est, per acceptilationem interrumpitur præscriptio *e*. Id est, subtilitate juris videtur debitor liberatus per acceptilationem ex æquo tamen & bono acceptum ferenti creditori non nocet, quia videtur per eam acceptilationem obligatio debitoris transfusa in conditionem causâ datâ, causâ non secutâ. Gotofr. La Loi 25, §. 1. *it*: Filiusfamilias qui non potest facere testamentum nec voluntate patris, tamen mortis causa donare patre permittente potest. V. l. 6. Qui testamenta facere possunt.

## V II.

Invicem do-  
natarii mortis  
causâ si pari-  
ter decesserint,  
neuter ad hæ-  
redem trans-  
mittit. g

Si qui invicem sibi mortis causâ donaverunt, pariter decesserunt, neutrius hæres repetet, quia neuter alteri supervixit *f*. l. 26.

*f* V. tit. de rebus dubiis, n. 6. l. 32. §. 14. De donationibus inter virum. Nota hic traditio facta præsumitur propter verbum repetet. *g* Nota: ista synopsis pugnat præcisè cum textu.

## V III.

Quæ donatio  
revocari non  
potest, inter  
vivos dicitur.

Ubi ita donatur mortis causâ, ut nullo casu revocetur, causa donandi magis est *h*, quàm mortis causâ donatio. Et idè perinde haberi debet: atque alia quævis inter vivos donatio. l. 27.

*h* Id est, donatio inter vivos magis est.

## I X.

Morte firma-  
tur donatio  
mortis causâ.

Non videtur perfecta donatio mortis causâ facta, antequàm mors insequatur. l. 32.

## X.

Qui donat in-  
ter vivos dona-  
tarium sibi qui  
mortis causâ,  
hæredi præ-  
fert.

Mortis causâ donatio longè differt ab illâ verâ & absolutâ donatione quæ ita proficiscitur, ut nullo casu revocetur: & ibi qui donat, illum potius quàm se habere mavult. At is qui mortis causâ donat, se cogitat; atque amore vitæ recepisse potius quàm dedisse mavult. Et hoc est quare vulgò dicatur se potius habere vult, quàm eum cui donat; illum deinde potius quàm hæredem suum. l. 35. §. 2.

## X I.

Societas non  
initur per mor-  
tis causâ do-  
nationem.

Si quis societatem per donationem mortis causâ iniecit, dicendum est nullam societatem esse. l. 35. §. 5.

## X II.

Ex æquata  
sunt legatis  
donationes  
mortis causâ.

Illud generaliter meminisse oportebit, donationes mortis causâ factas legatis comparatas *i*. Quodcumque igitur in legatis juris est, id in mortis causâ donationibus erit accipiendum. l. 37.

*i* Contra filiusfamilias non potest legare permittente patre

l. 25. §. 1. suprâ. Pariter tempus mortis spectatur in donationibus causâ mortis: in legatis autem tempus testamenti propter legem Catonianam. V. suprâ. l. 22.

## LIBER XL.

## TITULUS I.

## De manumissionibus.

## I.

**L**EGE Juliâ Petroniâ, si dissonantes pares judicum *a* existant sententiæ, pro libertate pronuntiari justum. Sed & si testes non dispari numero, tam pro libertate, quàm contra libertatem dixerint, pro libertate pronuntiandum esse constitutum est. l. 24. d. l. §. 1. l. 38. ff. de re judic. *b*.

Cum pares  
sunt judicum  
sententiæ, aut  
testimonia, pro  
libertate pro-  
nuntiandum.

*a* V. Alferram de fictionibus juris t. 3. c. 17. ubi ait: In pari numero suffragium Minervæ accedere pro reo: & id pro Oreste observatum fuit apud Athenienses; contrarium apud Hebræos & in Talmud. Eodem privilegio fruitur Rex Galliæ, par une Déclaration du mois de Mars 1640. Ainsi point de partage dans la cause du Roi. V. ad legem 38. de re judicatâ. Brodeau, l. P. n. 45. b. L. 10. de manumissis testamento.

## TITULUS II.

## De manumissis vindicta.

## I.

**S**I pater filio permiserit servum manumittere, & interim decesserit intestatò; deindè filius, ignorans patrem suum mortuum, libertatem imposuerit, libertas servo favore libertatis contigit, cum non appareat mutata esse domini voluntas *a*. Sin autem ignorante filio vetuisset pater per nuntium, & antequàm filius certior fieret, servum manumississet, liber non fit. Nam ut filio manumittente servus ad libertatem perveniat, durare oportet patris voluntatem: nam si mutata fuerit, non erit verum volente patre filium manumississe. l. 4.

Durare debet  
voluntas man-  
dantis aut per-  
mittentis ut  
siet quod ex  
mandato aut  
permisso ges-  
tum erit.

*a* Vide contra l. 2. §. 6. de donationibus. Quid de revocatione mandati.

## I I.

Plus in re est quàm in existimatione. l. 4. §. 1.

Falsa existi-  
matio veritati  
non nocet.

TITULUS III. De manumissionibus quæ servis ad universitatem pertinentibus imponuntur.

## TITULUS IV.

## De manumissis testamento.

## I.

**I**N obscuro favorabilius (pro libertate) responderetur. l. 10. in f. l. 24. de manumissionibus.

In obscuro  
quod favorabi-  
lius judicari-  
dum.

## I I.

Puram & directam domini sui testamento libertatem Stichus acceperat, (&) ex hereditate multa per fraudem amovisse dicitur. Quæsitum est, an non ante in libertatem proclamare debeat, quàm ea quæ ex hereditate amovisse probari poterit, hæredibus restitueret *a*? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, eum de quo quæreretur liberum esse. Claudius videtur absolvisse & id de quo quæritur, nam hæredibus satis consultum est edicto de furtis. l. 59. §. 1.

In eo punien-  
dus quis in quo  
deliquit, nec  
delictorum po-  
næ confunden-  
da.

*a* V. l. 48. ad Trebellianum.



## TITULUS V.

## De fideicommissariis libertatibus.

## I.

**Q**UID est idoneè (cavere?) Satis datò utique a, aut pignoribus datis. Sed si ei fides habita fuerit promittenti, sine satisfactione cautum videbitur. l. 4. §. 8.

a Vide tit. Qui satisfacere coguntur.

## II.

Decem legata sunt, & rogatus est legatarius. Stichum emere & manumittere b. Falcidia intervenit, & minoris emi servus non potest. Quidam putant dodrantem accipere (debere) legatarium, nec emere compellendum. Idem putant, etiamsi suum servum rogatus sit manumittere, & dodrantem ex legato acceperit, non esse compellendum manumittere. Videamus ne utique in hac specie aliud dicendum sit. Sed in superiore sunt qui putant cogendum legatarium redimere servum, & se oneri subjecisse c dum accipit vel dodrantem. Sed si paratus sit retro restituere quod accepit, an audiendus sit, videndum. Sed cogendus hæres tota decem præstare, atque si adjecisset testator, ut integra præstentur. l. 6.

b Legatarius non tenetur ultra valorem legati, quia legatum est titulus lucrativus, nec debet fieri onerosus: unde hæres debet luere æs alienum quod excedit. c V. l. 77. §. Mensæ. ibid. De legatis 2. ubi legatarius tenetur omne onus legati subire, quia indemnitate hæredi promiserat: idè autem promiserat, quia forte hæres recusabat adire hæreditatem propter æs alienum & timorem mensæ negotii.

## III.

In re mora d fit circa pecuniaria fideicommissa quæ minoribus relicta sunt. l. 26. §. 1. in fin.

d V. legem 87. §. 1. de legatis. 2º. l. 3. C. In quibus causis in integrum restitutio necessaria non est. Dicitur autem in l. 20. καὶ τῶν ἑτέρον ποδῶν τῶ βωρῶ ἔχω προσωμασειν τι βουλομεν. Pomponius.

In minorum personâ reipsâ, & ex solo tempore tardæ pretii solutionis, recepto jure moram fieri creditum est: in his videlicet quæ moram desiderant; id est, in bonæ fidei contractibus, & fideicommissis, & legatis. l. 3. C. in quib. caus. in int. rest. nec. n. e.

## IV.

Sorore suâ hærede institutâ, de servis ita cavit, Βελομαι καὶ παραχαλᾶ γλυκυτάτη μοῦ ἀδελφῆ ἐν παρακαταθήκη σε ἔχειν Στίχον καὶ Δάμαν τοῖς πραγμανεῦτά μὲ ἐς ἐγὼ καὶ ἡλευθέρασιν ἄχρος ἀν τὰς ψήφοις ἀποκαταστήσωσιν ἕαν καὶ καίσει δρῆσπον ἐμνησασο τὴν γνώμην μοῦ id est: *Volo & à te peto, soror suavissima, ut Stichum & Damam actores meos, quos ego quoad rationes retulerint non manumisi, tibi esse commendatissimos. Quod si ipsi tibi quoque probentur, exposui tibi meam sententiam. Quæro, si paratis actoribus rationes reddere, hæres libertatem non præstet, dicendo eos non placere sibi, an audienda esset? respondi, non spectandum quod hæredibus displiceret, sed id quod viro bono posset placere e, ut libertatem consequantur. l. 41. §. 4.*

e V. legem 46. §. 2. & 3. l. 52. De conditionibus & demonstrationibus. l. 1. §. 1. De legatis 2º. l. 75. De legatis 1º. l. 32. De hæredibus instituendis. l. 7. §. 1. De rebus dubiis.

## TITULUS VI. De ademptione libertatis.

## TITULUS VII. De statu liberis.

## TITULUS VIII. Qui sine manumissione ad libertatem perveniunt.

## TITULUS IX.

Qui, & à quibus manumissi liberi non fiunt & ad legem Æliam Sentiam.

## I.

**A**DVENTITII casus non sunt computandi a. l. 6. b.

a L. De re judicatâ.

b Quæ raro accedunt temere non computantur.

## II.

In fraudem creditorum manumittere videtur, qui vel jam eo tempore quo manumittit, solvendo non est, vel datis libertatibus, desiturus est solvendo esse. Sæpè enim de facultatibus suis ampliùs quàm in his est sperant homines. Quod frequenter accidit his qui transmarinas negotiationes, & aliis regionibus, quàm in quibus ipsi morantur, per servos atque liberos exercent. Quod sæpè adtriti istis negotiationibus; longo tempore id ignorant, & manumittendo sine fraudis consilio indulgent servis suis libertatem. l. 10.

## III.

Ipsa quæ divertit omnes omnimodò servos suos manumittere vel alienare prohibetur: quia ita verba faciunt: *ut ne eum quidem servum qui extra ministerium ejus mulieris fuit, vel in agro, vel in Provinciâ, possit manumittere vel alienare, quod quidem per quam durum est, sed ita lex scripta est. l. 12. §. 1.*

## TITULUS X. De jure aureorum annulorum.

## TITULUS XI.

## De natalibus restituendis.\*

\* Ce titre pourroit convenir aux Légitimés par Lettres du Prince.

## I.

**I**MPERATORES non facilè solent quemquam natalibus restituere, nisi consentiente patrono. l. 2. in fin.

## TITULUS XII.

## De liberali causâ.

## I.

**S**I quis ex servitute in libertatem proclamat, petitoris partes sustinet. Si verò ex libertate in servitutem petatur, is partes actoris sustinet, qui servum dicit. Igitur cum de hoc incertum est, ut possit iudicium ordinem accipere, hoc ante apud eum, qui de libertate cogniturus est, disceptatur, utrùm ex libertate in servitutem, aut contra agatur. Et si fortè apparuerit eum qui de suâ libertate litigat a, in libertate sine dolo malo fuisse, is qui se dominum dicit actoris partes sustinebit, & necesse habebit servum suum probare. l. 7. §. 5.

a Præsumptio quæ ex portione nascitur, rejicit onus probandi in adversarium.

## II.

Non debet alterius collusionem, aut inertiam b alterius jus corrumpi. l. 9.

b L. 3. de collusionem detegendâ. l. 17. §. 1. De inofficioso testamento.

## III.

Ordinatâ liberali causâ, liberi loco habetur is qui de statu suo litigat c, ita ut adversus eum quoque qui se dominum esse dicit, actiones ei non denegentur quascumque intendere velit. l. 24.

c Pariter Carbonianum edictum alimenta decernit ei qui negatur esse filius.

## IV.

Si de hæreditate & libertate controversia est (priùs) agi

Idoneè cavetur satisfatione, aut pignoribus, aut fide habitâ.

Cessat falcidia favore libertatis. Falcidiam prohibet qui integrum præstare jubet.

Ex re fit mora minori.

Hæc verba testatoris legato apposita si hæredes probabunt, ad viri boni sententiam rediguntur.

Adventitorum ratio non habetur.

Fraus fit creditoribus, si debitor vel jam solvendo non est cum donat aut donatione desiturus est solvendo esse.

Plus præsumunt homines de facultatibus, quàm in eis sit. Ubi lex scripta est, etsi durum sit, erit servanda.

Beneficia principum sic conceduntur ne aliis nocent.

In causâ statûs is petitor est qui quæstionem movet.

Per alterum alterius juri non nocetur.

Pendente causâ statûs, qui proclamat hæbet interim facultatem eorum quæ a causam pertinent.

Causæ statûs

agi causa libertatis debet : sed si de hæreditate ageretur , ordinanda prius quidem est causa libertatis. l. 2. C. de ord. cogn.

Si crimen aliquod inferatur ei *quam ingenuam esse dicis*, ante liberalis causa suo ordine agi debet , cognitionem suam præside præbente. Quoniam necesse est ante sciri , si delictum probatum fuerit , ( utrum ) ut in liberam & ingenuam , an ut in ancillam constitui oporteat iudicium. l. 3. C. de ord. cogn.

TITULUS XIII. *Quibus ad libertatem proclamare non licet.*

TITULUS XIV.

*Si ingenuus esse dicetur.*

I.

QUI se ex libertinitate ingenuitati adserant , non ultra quinquennium , quam manumissi fuissent , audientur. Qui post quinquennium reperisse instrumenta ingenuitatis suæ adseverant , de eâ re ipsos principes adire oportere cognituros. l. 2. §. 1. & 2.

Sancimus & huiusmodi lites , etiam post memoratum tempus ad exemplum cæterarum examinari. l. ult. C. ubi caus. stat. ag. deb.

*Contrà vota religionis proclamantes post quinquennium non audiuntur.*

TITULUS XV.

*Ne de statu defunctorum post quinquennium queratur.*

I.

QUAMVIS defunctus sit maritus quondam tuus , cui status quæstio inferebatur , causa tamen ( etiam ) post obitum ejus , propter emolumentum successionis , durat : eamque apud eum qui de hæreditate , vel singulis rebus iudicaturus est , decidi oportet. l. 3. C. eod.

TITULUS XVI.

*De collusione detegendâ.*

I.

CUM non iusto contradicatore quis ingenuus pronunciatum est , perinde inefficax est decretum , atque si nulla iudicata res intervenisset. Idque principalibus constitutionibus cavetur a. l. 3. l. 1. C. de ingen. manum.

*a* Tunc autem non creditur jus ex sententiâ fieri. l. 17. §. 1. De inofficioso testamento. l. 9. De liberali causâ. l. 1. in fine. l. 2. & 3. De agnoscendis & alienis liberis.

LIBER XLI.

TITULUS I.

*De acquirendo rerum dominio.*

I.

QUARUMDAM rerum dominium nanciscimur jure gentium , quod ratione naturali a inter omnes

*a* Id est , jure gentium : nam jure naturali omnia sunt communia.

Nec signare quidem aut partiri limite campum Fas erat , in medium quærebant , ipsaque tellus Omnia liberius nullâ poscente ferebat. [Virg. I. Georg.]

TOM. II.

homines peræquè servatur : quarumdam jure civili , id est , jure proprio civitatis nostræ. Et quia antiquius jus gentium cum ipso genere humano proditum est , opus est ut de hoc prius referendum sit. l. 1. V. tit. de divis. rer.

II.

Omnia igitur animalia , quæ terrâ , mari , coelo capiuntur , id est , feræ bestiæ , (&) volucres , pisces , capientium fiunt *b* ; vel quæ ex his apud nos sunt edita. l. 1. §. 1. & l. 2.

*La chasse & la pêche sont du droit des gens ; mais le droit civil a usurpé ce qui étoit du droit des gens. Il a rendu propre à quelques-uns ce qui appartenoit en commun à plusieurs.*

Jus civile subegit jus gentium.

III.

Quod enim nullius est , id ratione naturali occupanti conceditur. l. 3.

IV.

Nec interest quod ad feras bestias & volucres , utrum in suo fundo quisque capiat , an in alieno. Planè qui in alienum fundum ingreditur venandi aucupandique gratiâ , potest à domino , si is providerit , jure prohiberi ne ingrederetur. l. 3. §. 1.

V.

Quidquid autem eorum cæperimus , eo usque nostrum esse intelligitur , donec nostrâ custodiâ coercetur. Cum verò evaserit custodiam nostram , & in naturalem libertatem se receperit , nostrum esse desinit , & rursus occupantis fit ; nisi si mansuefacta emitti , ac reverti solita sunt. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur , cum vel oculos nostros effugerit , vel ita sit in conspectu nostro , ut difficilis sit ejus persecutio. l. 3. §. 2. l. 4. & l. 5.

In his autem animalibus quæ consuetudine abire & redire solent , talis regula comprobata est , ut eousque nostra esse intelligantur , donec revertendi animum habeant : quod si deserint revertendi animum habere , desinant nostra esse , & fiant occupantium. Intelliguntur autem desuisse revertendi animum habere tunc , cum revertendi consuetudinem deseruerint. l. 5. §. 5. in f.

VI.

Illud quæsitum est , an fera bestia , quæ ita vulnerata sit , ut capi possit , statim nostram esse intelligatur. Trebatio placuit , statim nostram esse : & eousque nostram videri , donec eam persequamur. Quod si deserimus eam persequi , desinere nostram esse , & rursus fieri occupantis. Itaque si per hoc tempus , quo eam persequimur , alius eam ceperit eo animo ut ipse lucrifaceret , furtum videri nobis eum commisisse. Plerique non aliter putaverunt eam nostram esse , quam si eam ceperimus : quia multa accidere possunt , ut eam non capiamus. Quod verius est. l. 5. §. 1.

VII.

Apium quoque natura fera est. Itaque quæ in arbore nostrâ confederint , antequàm à nobis alveo concludantur , non magis nostræ esse intelliguntur , quam volucres , quæ in nostrâ arbore nidum fecerint. Ideò si alius eas incluserit , earum dominus erit. Favos quoque si quos hæ fecerint , sine furto quilibet possidere potest. Sed ( ut supra quoque diximus ) qui in alienum fundum ingreditur potest à domino , si is providerit , jure prohiberi ne ingrederetur. Examen quod ex alveo nostro evolaverit , eousque nostrum esse intelligitur , donec in conspectu nostro est , nec difficilis ejus persecutio est : alioquin occupantis fit. l. 5. §. ult.

VIII.

Quæ ex hostibus capiuntur *c* , jure gentium statim capientium fiunt. l. 5. §. ult.

*c* Droit de conquête.

IX.

Præterea quod per alluvionem agro nostro flumen adjicit , jure gentium nobis acquiritur per alluvionem ; per alluvionem autem id videtur adjici quod ita paulatim adjicitur , ut intelligere non possimus

y

Capientium fiunt feræ bestia , volucres , pisces.

Quod nullius est fit occupantis.

Licitâ venatione capta in alieno fundo , capientis fiunt.

Hæc nostra esse desinit si in naturalem libertatem pervenerint , sed mansuefacta nostra manent.

Vulnerata bestia fit vulnerantis & persequentis us capiat.

Apium natura fera est , & etiam examen quod ex alveo evolaverit , & persequentem effugerit.

Ex hostibus capta capientium fiunt.

Quod per alluvionem fundo nostro accedit , nostrum fit.

præjudiciales sunt.

Causa status tempore non perit.

De causâ status post mortem queritur si interfit.

Causa status cum iusto contradicatore agi debet.

Res nobis queruntur aut jure gentium , aut jure civili.

quantum quoque momento temporis adjiciatur d. l. 7.

§. 1. V. l. 16.

d La loi 16. dit : In agris limitatis jus alluvionis locum non habere constat. Locum habebat olim dumtaxat in agris occupatoris & arcifiniis, qui occupanti erant sine mensurâ; sed obtinuit ut omnes agros occupatorio more possidere liceret. Vide l. 1. §. 6. De fluminibus. *Nous n'observons point cette loi. Voyez Duperier. l. 2. q. 3. qui dit que les romains, apres la conquête d'une ville ou d'une province, distribuient les terres aux soldats. On écrivoit dans des tables d'airain la portion d'un chacun, & on laissoit un grand espace vuide depuis leurs terres jusqu'à la riviere; on ne vouloit pas que leur portion fût susceptible d'accroissement ni d'alluvion, afin d'éviter les procès; & par ce moyen, la portion de chacun demouroit toujours fixe & réglée; mais chez nous, tout cela n'a point d'application. Les héritages des particuliers vont jusqu'aux rivières, & comme ils en ressentent des incommodités, il est juste qu'ils jouissent des profits. V. l. 7. §. 1. h. l. 1. §. 6. de fluminibus.*

X.

Quod si vi fluminis partem aliquam ex tuo prædio detraxerit, & meo prædio attulerit, palàm est eam tuam permanere e. Planè si longiore tempore fundo meo hæserit, arboreæque, quas secum traxerit, in meum fundum radices egerint, ex eo tempore videtur meo fundo adquisita esse. l. 7. §. 2.

e *Ista præscriptio definitum tempus non habet. V. l. 9. §. 2. De damno infecto.*

X I.

Quod si uno latere perripuerit flumen, & aliâ parte novo rivo fluere cœpit, deindè infrâ novus iste rivus in veterem se converterit, ager qui à duobus rivis comprehensus, in formam insulæ redactus est, ejus est scilicet cujus & fuit. l. 7. §. 4.

X II.

Quod si, toto naturali alveo derelicto flumen, aliàs fluere cœperit, prior quidem alveus eorum est qui propè ripam prædia possident, pro modo scilicet latitudinis cujusque prædii, quæ latitudo propè ripam sit. Novus autem alveus ejus juris esse incipit, cujus & ipsum flumen, id est, publicus juris gentium f. l. 7. §. 5.

f *Quod si post aliquod temporis ad priorem alveum reversum fuerit flumen, rursus novus alveus eorum esse incipit qui propè ripam ejus prædia possident. V. l. 38. eod.*

X III.

Cùm in suo loco aliquis alienâ materiâ ædificaverit, ipse dominus intelligitur ædificii, quia omne quod inædificatur solo cedit. Nec tamen idè is, qui materiæ dominus fuit, desit ejus dominus esse: sed tantisper neque vindicare eam potest, neque ad exhibendum de eâ agere, propter legem duodecim tabularum, quâ cavetur: ne quis tignum alienum adibus suis junctum eximere cogatur. g. l. 7. §. 10.

g *Ne ruinis civitas deformetur. l. 1. De tigno juncto. l. 23. §. 6. De rei vindicatione.*

X IV.

Hæ res quæ traditione nostræ fiunt, jure gentium nobis adquiruntur: nihil enim tam conveniens est naturali æquitati, quàm voluntatem domini, volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi. Nihil autem interest, utrum ipse dominus per se tradat alicui rem, an voluntate ejus aliquis. Quâ ratione, si cui libera negotiorum administratio ab eo qui peregrè proficiscitur, permessa fuerit, & is ex negotiis, rem venderit, & tradiderit, facit eam accipientis. l. 9. §. 3. & 4.

Nunquam nuda traditio transfert dominium, sed ita si venditio, aut aliqua justa causa præcesserit, propter quam traditio sequeretur h. l. 31.

h *Pariter dominia rerum non transferuntur passionibus sine traditione. l. 20. De pactis. Ergo duo requiruntur, causa & traditio, vel saltem usucapio cum possessione. Grotius, 2. 8. 25.*

X V.

Interdum sine traditione nuda voluntas domini sufficit ad rem transferendam: veluti si rem quam commodavi, aut locavi tibi, aut apud te deposui vendidero tibi. Licet enim ex eâ causâ tibi eam non tradiderim, eò tamen quod patior eam ex causâ emptionis apud te esse, tuam efficio. l. 9. §. 5.

X VI.

Si quis merces in horreo repositas vendiderit, simul atque claves horrei tradiderit emptori, transfert proprietatem mercium ad emptorem i. l. 9. §. 6. l.

*Pro traditione rerum est clavium traditio.*

i *Ista traditio impediret vitium de donner & retenir.*

l *V. l. 1. §. 21. De acquirendâ vel amittendâ possessione.*

X VII.

Interdum & in incertam personam collocata voluntas domini transfert rei proprietatem. Ut ecce, qui missilia jactat in vulgus. Ignorat enim quid eorum quifque exceperit sit. Et tamen quia vult, quod quifque exceperit ejus esse, statim eum dominium efficit. l. 9. §. 7.

*Incertis personis tradit & donat qui missilia in vulgus jactat.*

X VIII.

Alia causa est earum rerum quæ in tempestate maris, levandæ navis causâ, ejiciuntur m. Hæc enim dominorum permanent; quia non eo animo ejiciuntur, quod quis eas habere non vult, sed quod magis cum ipsâ nave periculum maris effugiat. Quâ de causâ, si quis eas fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit, furtum committit. l. 9. §. ult.

*Non amittitur dominium eorum quæ in mare levandæ navis causâ jactantur.*

m *V. tit. de lege Rhodiâ. l. 7. Pro derelict.*

X IX.

Pupillus, quantum ad acquirendum, non indiget tutoris autoritate n: alienare verò nullam rem potest, nisi præsentem tutorem autorem, & ne quidem possessionem quæ est naturalis, ut Sabinianis visum est. Quæ sententia vera est. l. 11.

*Sine tutore acquirit pupillus, non alienat.*

n *Quid, chez nous? Un mineur peut-il accepter une donation sans tuteur? Voyez Ricard, des donations.*

X X.

Si procurator rem mihi emerit ex mandato meo, eique sit tradita meo nomine, dominium mihi, id est, proprietas acquiritur, etiam ignoranti. Et tutor pupilli, pupillæ similiter ut procurator, emendo nomine pupilli, pupillæ, proprietatem illis acquirit, etiam ignorantibus. l. 13. d. l. §. 1.

*Per procuratorem ignorantem acquiritur, & per tutorem.*

Si ego & Titius rem emerimus, eaque Titio & quasi meo procuratori tradita sit, puto mihi quoque quæsitum dominium, quia placet, per liberam personam, omnium rerum possessionem quæri posse, & per hanc dominium. l. 20. §. ult. o.

o *V. l. 1. §. 20. de acquirendâ vel amittendâ possessione.*

X X I.

Traditio nihil ampliùs transferre debet, vel potest ad eum qui accipit, quàm est apud eum qui tradit. Si igitur quis dominium in fundo habuit, in tradendo transfert p: si non habuit, ad eum qui accipit nihil transfert. Quoties autem dominium transfertur ad eum qui accipit, tale transfertur quale fuit apud eum qui tradit. Si servus fuit fundus, cum servitutibus transit: si liber, uti fuit: & si fortè servitutes debebantur fundo qui traditus est, cum jure servitutum debitarum transfertur. l. 20. d. l. §. 1.

*Traditio jus tradentis, quale sit, transfert.*

p *L. 13. Communia de servitut.*

X X II.

Thesaurus est vetus quædam depositio pecuniæ, cuius non extat memoria, ut jam dominum non habeat. l. 31. §. 1. V. l. 22. familiæ eriscundæ.

*Thesaurus est vetus depositum dominum non habens.*

Alioquin si quis aliquid vel lucri causâ q, vel metûs, vel custodiæ, condiderit sub terrâ, non est thesaurus, cujus etiam furtum fit. d. l. in f.

q *Quia avari pecunias suas defodiunt dum sperant pretia numerorum augeri. Gotofr.*

V. l. 67. ff. de rei vind. l. 63. h. tit. & l. un. C. de thesaur. quæ inventi in alieno fundo thesauri, dimidiam inventori, dimidiam domino fundi largitur.

X X III.

Hæreditas non hæredis personam, sed defuncti sustinet, ut multis argumentis juris civilis comprobatur est r. l. 34. V. inf. l. 61.

*Hæreditas defuncti personam sustinet.*

r *Adeo usucapio nondum aditâ hæreditate compleatur. l. 30. Ex quibus causis majores.*

*Vi fluminis ablatum prioris domini est, nisi in alio fundo coaluerit.*

*Ager quem flumen divisum circumfluit, ejus est cujus & fuit.*

*Mutato fluminis alveo, quem dereliquit vicinis accedit pro modo latitudinis prædiorum ad ripam.*

*Inædificatum solo cedit.*

*Non eximitur adibus tignum alienum.*

*Traditæ nobis res ex domini voluntate, & justâ causâ, ut nostræ fiant, nobis acquiruntur.*

*Traditam rem habet is, qui apud se depositam vel commodatam acquirat.*

*Dissensus in  
causâ tradi-  
tionis eam non  
facit ineffica-  
cem.*

Si pecuniam numeratam tibi tradam donandi gratiâ s, tu eam quasi creditam accipias; constat proprietatem ad te transire. Nec impedimento esse, quod circa causam dandi atque accipiendi dissenserimus t. l. 36. inf.

f Secus si contra. t La Loi 40. dit: Si fundum suum quis legaverit, hæres qui eum legatum esse sciat, procul dubio fructus suos ex eo suos non faciet. Anton. Faber. 7. conject. 4. ait sibi non liquere quid huic legi responderi commodè possit. V. l. 42. de usuris. Contra l. 40. hic. l. 1. 2. & ult. C. de usuris & fructibus legatorum.

XXV.

Substitutio quæ nondum competit, extra bona nostra est. l. 42.

*Substitutio  
competitura  
non est in bo-  
nis.*

*Incorporalium  
non est vera  
tradiitio, sed  
pro possessione  
est juris usus.*

Incorporales res traditionem & usucapionem non accipere manifestum est. l. 43. §. 1. V. tit. seq. l. 1.

Ego puto usum ejus juris pro traditione possessionis accipiendum esse. l. ult. ff. de servitut.

XXVII.

*Fructus suos  
facit bonæ fi-  
dei emptor.*

Bonæ fidei emptor non dubiè percipiendo fructus etiam ex alienâ re suos interim facit: non tantum eos, qui diligentia & operâ ejus pervenerunt, sed omnes: quia quod ad fructus attinet, loco domini penè est u. Denique etiam priusquam percipiat, statim ubi à solo separati sunt, bonæ fidei emptoris fiunt. Nec interest ea res quam bonâ fide emi, longo tempore capi possit, necne: veluti si pupilli sit x, aut vi possessa, aut præfidi contra legem repetundarum donata, ab eoque alienata sit bonæ fidei emptori. l. 48. y.

u Apud nos bona fides exigit ut observemus legem 48. §. 1. de acquirendo rerum dominio, potius quam legem 25. §. 2. de usuris. Præterea non potest quis lucrari fructus ex re alienâ, nisi propter bonam fidem: atqui deficit bona fides, quando quis cognoscit rem alienam esse & eum qui vendidit jus vendendi non habuisse. x V. legem 25. §. 2. de usuris. l. 43. de usurpationibus. Le §. 1. de la Loi 48. dit: In contrarium quæritur si eo tempore quo mihi res traditur, putem vendentis esse, deindè cognovero alienam esse, quia perseverat per longum tempus capio, an fructus meos faciam. Pomponius verendum ne non sit bonæ fidei possessor, quamvis usucapiat. Hoc enim ad jus illud ad factum pertinet. Nec contrarium est quòd longum tempus currit: nam è contrariò is qui non potest capere propter rei vitium suos facit. La Loi 23. §. 1. hic, dit: Magis est ut singula momenta spectemus. La Loi 25. §. 2. de usuris, dit: Bonæ fidei emptor servit antequam fructus perciperet, cognovit fundum alienum esse an perceptio fructus suos faciat, quæritur. Respondi bonæ fidei emptor quod ad percipiendos fructus intelligi debet quandiù evictus fundus non fuerit. Ergo consequentia non valet de usucapione ad fructus nec contra. Dic leges istas conciliari non posse, quia dissenserunt jurisconsulti. y V. §. 1. hujus legis.

Certum est malæ fidei possessores omnes fructus solere cum ipsâ re præstare; bonæ fidei verò, extantes: post autem litis contestationem universos. l. 22. C. de rei vind.

XXVIII.

Ovium foetus in fructu sunt, & idèd ad bonæ fidei emptorem pertinent. l. 48. §. ult.

*Foetus in  
fructu sunt.*

XXIX.

Rem in bonis nostris habere intelligimur, quoties possidentes exceptionem, aut amittentes, ad recuperandam eam, actionem habemus. l. 52.

*Rem habet in  
bonis qui eam  
vel retinere po-  
test, vel perse-  
qui.*

*Non nisi tradi-  
tione res sit  
emptoris.*

Res (ex) mandatu meo empta, non prius mea fiet, quam si mihi tradiderit, qui emit z. l. 59. V. f. l. 13.

z Propter l. 20. C. de pactis.

XXXI.

Hæreditas in multis partibus juris pro domino habetur. l. 61. V. f. l. 34.

*Hæreditas in  
multis pro do-  
mino est.*

XXXII.

Quædam quæ non possunt sola alienari a, per universitatem transeunt, ut fundus dotalis ad hæredem, & res cujus aliquis commercium non habet. Nam etsi ei legari non possit, tamen hæres institutus dominus ejus efficitur. l. 62.

*Quædam alie-  
nationi acce-  
dunt quæ sepa-  
ratim alienare  
non licet.*

a Idem de jure patronatûs addicto glebæ. La Loi 14. de legatis, dit: Monumenta legari non posse manifestum est. Verum per universitatem legari possunt, nisi sint addicte familiæ tantum. V. l. 6. de religiosis. l. 9. de jure patronatûs. La Loi 64. dit:

TOME II.

Quæ quisque aliena in censum deducit nihilo magis ejus fiunt. Quand les dimes inféodées reviennent à l'Eglise cum universitate feudi & castri, elles demeurent inféodées jure accessionis, dit Dumoulin: Secus quand elles reviennent sine universitate, si elles ne sont revenues avec la condition expresse de la foi & hommage.

TITULUS II.

De acquirendâ, vel amittendâ possessione.

I.

POSSESSIO appellata est à pedibus, quasi positio: quia naturaliter tenetur ab eo qui insistit. l. 1. Possideri possunt quæ sunt corporalia. l. 3.

*Unde dicta  
possessio.*

II.

Dominium rerum ex naturali possessione cœpit a. l. 1. §. 1.

*Dominium à  
possessione cœ-  
pit.*

a La possession fait une présomption légale de propriété.

III.

Apiscimur possessionem per nosmetipsos. l. 1. §. 2. Per procuratorem, tutorem, curatoremve possessio nobis acquiritur. l. 1. §. 20. b.

*Possessionem  
acquirimus  
per nos, &  
per procurato-  
res, & tutores.*

b V. l. 20. §. ult. de acquirendo rerum dominio.

IV.

Si jusserim venditorem procuratori rem tradere, cum ea in præsentia sit, videri mihi traditam Priscus ait. Idemque esse, si nummos debitorem jusserim alii dare, non est enim corpore & actu necesse apprehendere possessionem, sed etiam oculis & affectu. Et argumento esse eas res, quæ propter magnitudinem ponderis moveri non possunt, ut columnas: nam pro traditis (eas) haberi, si in re præsentia consenserint: & vina tradita videri cum claves cellæ vinariæ emptori tradita fuerint. l. 1. §. 21. c.

*Acquiritur  
possessio ocu-  
lis, affectu,  
corpore.*

c V. l. 9. §. 1. de acquirendo rerum dominio.

Si vicinum mihi fundum mercato, venditor in meâ turre demonstrat d, vacuumque se possessionem tradere dicat, non minus possidere cœpi, quam si pedem finibus intulissim. l. 18. §. 2.

d Traditio longæ manûs.

Apiscimur possessionem corpore & animo e: neque per se animo, aut per se corpore. Quod autem diximus, & corpore & animo acquirere nos debere possessionem, non utique accipiendum est, ut qui fundam possidere velit, omnes glebas circumambulet: sed sufficit quamlibet partem ejus fundi introire, dum mente & cogitatione (hâc) sit, uti totum fundum usque ad terminum velit possidere. l. 3. §. 1.

e V. infra, l. 3. §. 6.

V.

Incertam partem rei possidere nemo potest f: veluti si hâc mente sis, ut quidquid Titius possidet, tu quoque velis possidere. l. 3. §. 2.

*Incerta res  
non est posses-  
sio, sed ejus  
quæ certa est.*

f Igitur ista possessio non pareret usucapionem nec præscriptionem adversus creditores hypothecarios.

Locus certus ex fundo & possideri, & per longam possessionem capi potest: & certa pars pro indiviso, quæ introducitur vel ex emptione, vel ex donatione, vel quâlibet aliâ ex causâ; incerta autem pars g nec tradi, nec capi potest: veluti si ita tibi tradam, quidquid mei juris in eo fundo est. Nam qui ignorat, nec tradere, nec accipere id quod incertum est, potest h. l. 26.

g Incertitudo de quâ hic agitur est incertitudo facti non juris, nam si quis emerit fundum quem alter vendicet, pendente lite incertum est jus emptoris, sed possessio incerta non erat, id est, factum non erat incertum, undè præscriptio locum habebit, & implebitur durante lite adversus creditores hypothecarios venditoris, si fortè ex post facto venditio confirmetur, & cadat à lite is qui fundum venditum vindicabat.

h Lex ista adversatur principiis juris; maxime si post longum tempus creditor hypothecarius agat hypothecariè contra eum qui emit & possedit.

VI.

Neratus & Proculus (&) solo animo non posse nos acquirere possessionem, si non antecedit natu-

*Fundi posses-  
sor thesaurum*

*in eo non possidet, nisi loco moverit.*

ralis possessio. Ideoque si thesaurum in fundo meo positum sciam, continuò me possidere, simulatque possidendi affectum habuero: quia quod desit naturali possessioni id animus implet. Cæterum quod Brutus & Manilius putant, eum, qui fundum longâ possessione cæpit, etiam thesaurum cæpisse, quamvis nesciat in fundo esse, non est verum. Is enim qui nescit, non possidet thesaurum, quamvis fundum possideat. Sed etsi sciat, non capiet longâ possessione, quia scit alienum esse. Quidam putant Sabini sententiam veriorē esse, nec aliās eum qui scit possidere, nisi si loco motus sit, quia non sit sub custodiā nostrā, quibus consentio l. 3. §. 3.

*i V. contra l. 48. §. 1. de acquirendo rerum dominio.*

*l Si thesaurus non possidetur, sequitur non dari interdictionem recuperandæ possessionis adversus eum qui thesaurum effodit in alieno agro.*

## VII.

In amittendâ quoque possessione, affectio ejus qui possidet, intuenda est *m*. Itaque si in fundo sis, & tamen nolis eum possidere, protinùs amittes possessionem. Igitur amitti & animo solo potest, quamvis adquire non potest. l. 3. §. 6. n.

*m V. contra l. 8. n V. §. 1. l. 1. pro derelict.*

## VIII.

Sed etsi animo solo possideas, licet alius in fundo sit, adhuc tamen possides. l. 3. §. 7.

Licet possessio nudo animo acquiri non possit, tamen solo animo retineri potest *o*. Si ergo prædiorum desertam possessionem, non derelinquendi affectione, transacto tempore non coluisti; sed metûs necessitate culturam eorum distulisti, præjudicium tibi ex transmissi temporis injuriâ generari non potest. l. 4. C. de acquir. & ret. posses.

*o La Loi 3. §. 8. ff. eod. dit: Si quis nuntiet domum à latronibus occupatam, & dominus timore conterritus voluerit accedere, amisisse eam possessionem placet. Gotofr. ad hanc legem ait: Si periculum vitæ sit non amitti possessionem: secus si non sit vitæ periculum. La Loi 7. eod. dit: Et si nolit in fundum reverti quòd vim majorem vereatur amisisse, possessionem videbitur. (Quod quidem intelligi debet de possessione naturali, non de civili:) nec interruptitur possessio. Sicut si flumen agrum aliquandiu occupaverit. l. 34. §. 1. l. 35. de servitutibus prædiorum rusticorum. V. l. 3. §. 17. h. l. 13. ibid. & tit. de vi & vi armata, n. 2.*

## IX.

Nerva filius, res mobiles, excepto homine, quatenùs sub custodiâ nostrâ sint, hactenùs possideri, id est, quatenùs (si) velimus naturalem possessionem nancisci (possimus.) Nam pecus simul atque aberraverit, aut vas ita exciderit ut non inveniatur, protinùs desinere à nobis possideri, licet à nullo possideatur: dissimiliter atque si sub custodiâ meâ sit, nec inveniatur, quia in præsentia non sit, & tantum cessat interim diligens inquisitio. l. 3. §. 13.

## X.

Quidam rectè putant columbas quoque quæ ab ædificiis nostris (volant,) item apes quæ ex alveis nostris evolant, & secundum consuetudinem redeunt, à nobis possideri. l. 3. §. 16.

## XI.

Labeo & Nerva filius responderunt, desinere me possidere eum locum, quem flumen aut mare occupaverit *p*. l. 3. §. 17.

*p Nec tamen interruptitur præscriptio. l. 34. §. 1. & l. 35. de servitutibus prædiorum rusticorum. Contra l. 14. Quemadmodum servitus amittatur. V. l. 3. §. 8. h.*

Pomponius refert, cum lapides in Tiberim demersi essent naufragio, & post tempus extracti, an dominium in integro fuit per id tempus quo erant merfi? Ego dominium me retinere puto, possessionem non puto. l. 13.

## XII.

Illud quoque à veteribus præceptum est, neminem sibi ipsum causam possessionis mutare posse. l. 3. §. 19.

Quod vulgò responderetur, *causam possessionis neminem sibi mutare posse*, sic accipiendum est, ut possessio non solum civilis, sed etiam naturalis intelligatur. Prop-

terea responsum est neque colonum, neque eum apud quem res deposita, aut cui commodata est, lucri faciendi causâ pro hærede usucapere posse. l. 2. §. 1. ff. pro hærede.

Quod vulgò responderetur, *ipsum sibi causam possessionis mutare non posse*, toties verum est, quoties quis sciret se bonâ fide non possidere, & lucri faciendi causâ inciperet possidere. Idque per hæc probari posse: si quis emerit fundum sciens ab eo cujus non erat, possidebit pro possessore: sed si eundem à domino emerit, incipiet pro emptore possidere, nec videbitur sibi ipse causam possessionis mutasse. l. 33. §. 1. ff. de usurp. l. 19. §. 1. h. t.

## XIII.

Potest dividi possessionis genus in duas species, ut possideatur aut bonâ fide, aut non bonâ fide. l. 3. §. 22.

## XIV.

Si ex stipulatione tibi Stichum debeam, & non tradam eum, tu autem nactus fueris possessionem, prædo es *q*. Æquè si vendidero, nec tradidero rem, si non voluntate meâ nactus sis possessionem, non pro emptore possides, sed prædo es. l. 5.

*q V. l. 13. Quod metûs causâ. l. 7. ad legem Juliam, de vi privatâ, de vi bonorum raptorum. m. ult.*

## XV.

Clam possidere eum dicimus, qui furtivè ingressus est possessionem, ignorante eo, quem sibi controversiam facturum suspicabatur, & ne faceret timebat. l. 6.

Clam nanciscitur possessionem, qui futuram controversiam metuens, ignorante eo quem metuit, furtivè (in) possessionem ingreditur. d. l.

## XVI.

Quemadmodum nulla possessio acquiri nisi animo & corpore potest *r*, ita nulla amittitur, nisi in quâ utrumque in contrarium actum est. l. 8.

*r V. contra l. 3. §. 6.*

## XVII.

Generaliter quisquis omninò nostro nomine sit in possessionem, veluti procurator, hospes, amicus, nos possidere videmur. l. 9.

Et per colonos, & inquilinos possidemus. l. 25. §. 1.

*f Per medicos l. 20. Quemadmodum servitus amittatur. n. 3. l. 1. §. 7. d. itinere actuque privato.*

## XVIII.

Aliud est possidere, longè aliud in possessione esse. Denique rei servandæ causâ legatorum, damni infecti, non possident, sed sunt in possessione custodiae causâ. l. 12. §. 1. V. l. 7. f. de damn. infecto.

## XIX.

Justè possidet, qui auctore Prætorè possidet. l. 11.

## XX.

Nihil commune *t* habet proprietas cum possessione. l. 12. §. 1. Nec possessio & proprietas misceri debent. l. 52.

*t V. Fernandum ad h. l.*

Proprietas à possessione separari non potest. l. 8. C. de acq. & ret. poss.

Naturaliter videtur possidere is qui usumfructum habet. d. l. 12. Fructuarius non possidet. §. 4. inst. per quas pers. cuiq. acq. Alia possessio civilis, alia naturalis. l. 3. §. ult. ff. ad exhib. V. inf. Quod legator. l. 1. §. 8.

## XXI.

Cum quis utitur adminiculo ex personâ auctoris, uti debet cum suâ causâ suisque vitiis. Denique addimus in accessione de vi, & clam & precario venditoris. l. 13. §. 1. V. inf. de diversis temp. præsc. l. 5. u.

*u L. 11. eodem de diversis.*

## XXII.

Præterea quæritur, si quis hominem venditori redhibuerit, in accessione uti possit ex personâ ejus *x*? Et sunt, qui putent non posse, quia venditionis est resolu-

*x Idem in l. 2. C. de rescindendâ venditione. Idem in tractu conventionali. Attamen in casu redhibitionis hypothecæ impositæ ab emptore durant. l. 4. Quibus modis pignus vel hypotheca solvitur.*

*titulo incipit aliâ ratione possidere.*

*Omnis possessio aut bonæ fidei est, aut malæ.*

*Prædo est qui non voluntate auctoris possessionem nanciscitur.*

*Clam possidet, qui eo ignorante possidet, quem controversiam facturum suspicatur.*

*Nec quaritur possessio, nec amittitur, nisi animo & corpore quis possideat.*

*Possidemus per eos qui nomine nostro in possessione sunt.*

*Aliud possidere, aliud esse in possessione custodiae causâ.*

*Possessores facit Prætor.*

*Aliud proprietas, aliud possessio: sed proprietati coheres jus possidendi.*

*Aliud civilis, aliud naturalis possessio.*

*Possessor habet auctoris causam cum suis vitiis.*

*Conjunguntur tempora possessionis emptoris & venditoris, etiam si emptor redhibuerit.*

*Non usucapit qui scit alienum.*

*Animo solo amittitur possessio.*

*Animo solo servatur possessio licet alius in fundo sit, licet possessor metu migret.*

*Mobilia possidemus quæ sub custodiâ habemus.*

*Columbas & apes possidemus.*

*Ejus quod mari aut flumine occupatum est, aut demersum, possessionem amittimus, non proprietatem.*

*Nemo sibi mutare potest causam possessionis.*

*Non in eâ est causâ qui justo*

tio, redhibitio: alii emptorem venditoris accessione usurum, & venditorem emptoris: Quod magis probandum puto. l. 13. §. 2. l. 14. ff. de usurp. & ufuc. l. 6. ff. de divers. temp. præsc. V. l. 19. h. T. l. 2. §. 20. ff. pro emptor.

## XXIII.

Non ea tantum possessio testatoris hæredi procedit, quæ morti fuit injuncta: verum ea quoque quæ unquam testatoris fuerit. In dote quoque, si data res fuerit vel ex dote recepta, accessio dabitur, vel marito; vel uxori y. l. 13. §. 5. & 6. l. 14. §. 1. ff. de usurp. & ufuc.

y Si defunctus possedit mala fide, possessio ejus non proderit legatario, neque possessio hæredis, quia hæres succedit in virtute defuncti, sed legatarius poterit novam ex sua propria possessionem inchoare. Si defunctus sit bonæ fidei, hæres malæ fidei, quid de legatario? Proderit ei & possessio defuncti & possessio hæredis; quia initium temporis spectatur, & hæres ipse potest usucapere. l. 43. de usurpationibus. l. 10. eod. l. 48. §. 1. de acquirendo rerum dominio.

Sed & legatario dandam accessionem ejus temporis quo fuit apud testatorem, sciendum est. An hæredis possessio ei accedat, videamus? Et puto sive purè, sive sub conditione fuerit relictum, dicendum esse, id temporis quo hæres possedit ante existentem conditionem vel restitutionem rei, legatario proficere. Testatoris autem semper proderit legatario, si legatum verè fuit, vel fideicommissum. Sed & is cui res donata est, accessione utetur ex personâ ejus qui donavit. l. 13. §. 10. & 11.

## XXIV.

Quæsitum est, si hæres prius non possederat, an testatoris possessio ei accedat? Et quidem in emptoribus possessio interruptitur, sed non idem in hæredibus plerique probant: quoniam plenius est jus successionis, quam emptionis a: sed b subtilius est quod in emptorem, & in hæredem id quoque probari. l. 13. §. 4. V. inf. de usurp. & ufucap. l. 20. de divers. temporibus præscript. l. 15. §. 1. V. n. 28.

a Gotofr. ad hanc legem ait: Sensus est possessionem testatoris hæredi prodesse si medio tempore res à nullo possessa fuerit. l. 20. de usurpationibus. V. l. 31. §. 5. & legem 40. de usurpationibus. l. 2. §. 18. pro emptore. a V. l. 138. l. 193. de re iudicatâ. b Quia.

## XXV.

Si quis vi de possessione dejectus sit, perinde haberi debet, ac si possideret. Cum interdicto de vi recuperandæ possessionis facultatem habeat c. l. 17.

c La complainte & la réintégrand font continuer la possession.

## XXVI.

Differentia inter dominium & possessionem hæc est, quod dominium nihilominus ejus manet qui dominus esse non vult: possessio autem recedit, ut quisque constituit nolle possidere. l. 17. §. 1.

## XXVII.

Non videtur possessionem adeptus is, qui ita nactus est, ut eam retinere non possit. l. 22.

## XXVIII.

Cum hæres instituti sumus d, aditâ hereditate omnia quidem jura ad nos transeunt, possessio tamen, nisi naturaliter comprehensa, ad nos non pertinet e. l. 23 f.

d Quid de hærede ab intestato? Gotofr. e Gotofr. ait ad hanc legem: Huic legi consuetudo Galliæ. Le mort saisit le vif, contraria est quæ non tantum in suis hæredibus locum habet, sed etiam in extraneis. V. l. 31. §. 5. & l. 40. de usurpationibus. Ergo l'héritier en droit n'a pas la complainte. V. l. 30. Ex quibus causis majores, l. 11. de liberis. Gotofr. ad l. 30. ex quibus causis majores. f V. n. 24.

## XXIX.

Qui universas ædes possidet, singulas res quæ in ædificio sunt, non videtur possedisse g. Idem dici debet & de nave, & de armario h. l. 30.

g Voyez la conséquence de cette règle dans la Loi 2. §. 6. in fine pro emptore, ubi dicitur: Si fundus emptus sit & ampliores fines possessi sint, totum longo tempore capi, quia universitas possidetur, non singulæ partes. h Ratio est quod tignum alienis ædibus junctum vindicari non poterat: unde nata actio non erat.

Exitus controversiæ possessionis hic est tantum, ut prius pronuntiet Judex, uter possideat. Ita enim fiet, ut is qui victus est de possessione, petitoris partibus fungatur, & tunc de domino quærat. l. 35.

i V. l. 36. de judiciis.

## XXXI.

Interesse puto quâ mente apud sequestrum l deponitur res: nam si omittendæ possessionis causâ, & hoc apertè fuerit approbatum, ad usucapionem possessio ejus partibus non procederet: at si custodia causâ deponatur, ad usucapionem eam possessionem victori procedere constat. l. 39.

i De sequestro, vide legem 110. de verborum significatione.

## XXXII.

Possessio non tantum corporis, sed & juris est. l. 49. §. 1. in f.

## XXXIII.

Quarundam rerum animo possessionem nos adipisci ait Labeo. Veluti si acervum lignorum emero, & eum venditor tollere me jusserit, simul atque custodiam possuissem, traditus mihi videtur. Idem esse juris vino vendito, cum universæ amphoræ vini simul essent. l. 51.

## XXXIV.

Minus instructus est, qui te sollicitum reddidit, quasi in vacuam possessionem ejus quod per procuratorem emisti, non sis inductus: cum ipse proponas te diu in possessione (ejus) fuisse, omniaque ut dominum gefuisse. Licet enim instrumento non sit comprehensum quod tibi tradita sit possessio, ipsâ tamen rei veritate id consecutus es, si sciente venditore in possessione fuisti. l. 2. C. eod.

## XXXV.

Nemo ambigit possessionis duplicem esse rationem m: aliam quæ jure consistit, aliam quæ corpore: utramque autem ita demum esse legitimam: cum omnium adversariorum silentio & taciturnitate firmatur. Interpellatione verò controversia progressa, non posse eum intelligi possessorem, qui licet (possessionem) corpore teneat, tamen ex interpositâ contestatione, & causâ in judicium deductâ super jure possessionis vacillet, ac dubitet. l. 10. C. eod.

m Interruptio judicialis ei dumtaxat prodest qui fecit: secus realis.

## TITULUS III.

## De usurpationibus &amp; usucapionibus.

## I.

BONO publico usucapio introducta est, ne scilicet quarundam rerum diu & ferè semper incerta dominia essent; cum sufficeret dominis ad inquirendas res suas statuti temporis spatium. l. 1.

## II.

Usucapio est adjectio domini per continuationem possessionis temporis lege definiti. l. 3.

## III.

Quod dicit lex Atinia, ut res furtiva non usucapiatur, nisi in potestatem ejus, cui subrepta est, revertatur, sic acceptum est: ut in domini potestatem debeat reverti, non in ejus utique cui subreptum est. l. 4. §. 6. l. ult. Usucapere non potest (qui) vi possidet. d. l. §. 25.

Quod vi possessum, raptumve sit, antequam in potestate domini, hæredive ejus pervenit, usucapi lex vetat. l. ult. ff. vi bon. rap.

## IV.

Libertatem servitutem usucapi posse veriùs est. l. 4. §. ult.

Itaque si cum tibi servitutem deberem, ne mihi putâ licet altiùs ædificare, & per statutum tempus altiùs ædificatum habuero, sublata erit servitus. d. l. §. ult. in f. V. l. 10. ff. si serv. vind. l. 5. §. 3. ff. de y ij

De possessione prius, tum de dominio agitur.

Sequester & idem custos futuro victori possidet.

Possessio juris est.

Possidet quæ posuit custodiam.

Valet possessio quamvis de eâ instrumento nihil cautum sit.

Interruptitur possessio interpellatione judiciali.

Usucapio introducta ne dominia sint incerta.

Usucapio est adjectio domini per tempus adjectio.

Res furtivæ aut vi possessæ non usucapiuntur.

Servitutis libertas tempore acquiruntur.

Item hæredis vel legatarii & defuncti, viri & uxoris, donatarii & donatoris.

Interrupta possessio interruptitur.

Pro possessore habetur qui vi dejectus est.

Dominium servat invito, non possessionem.

Non videtur possessor qui potest dejici.

Aditâ hereditate jura transeunt ad hæredem, non possessio, nisi comprehensa.

Qui domum possidet, non singula possidet quæ in eâ sunt.

itin. act. pr. l. 1. & 2. C. de servitut. l. 1. §. ult. ff. de servit. præd. rust.

## V.

Ufucapionem recipiunt maximè res corporales, exceptis rebus sacris, sanctis, publicis, Populi Romani, & civitatum. l. 9. a

a V. legem 16. de verborum significatione, ubi civitates loco privatorum habentur.

## VI.

Si aliena res bonâ fide empta sit, quæritur, ut ufucapio currat, utrùm emptionis initium ut bonam fidem habeat, exigimus, an traditionis? Et obtinuit Sabinus & Cassii sententia, traditionis initium spectantium b. l. 10.

b La Loi 2. in fine prin. pro emptore, dit: In cæteris contractibus sufficit traditionis tempus: at in emptione & illud tempus inspicitur quo contractatur. Ergo & bonâ fide emisse debet & possessionem bonâ fide adeptus esse.

## VII.

Si ab eo emas, quem Prætor vetuit alienare, idque tu scias, ufucapere non potes. l. 12.

## VIII.

Pignori rem acceptam usu non capimus: quia pro alieno possidemus c. l. 13.

c Nec præscribitur facultas debitori data, luendi pignoris. l. 10. & 12. C. de pignoratitiâ actione.

## IX.

Servi nomine qui pignori datus est, ad exhibendum cum creditore, non cum debitore agendum est: quia qui pignori dedit, ad ufucapionem tantum possidet: quod ad reliquas omnes causas pertinet, qui accepit possidet, adeo ut adjici possit, & possessio ejus qui pignori dedit. l. 16. l. 33. §. 4.

## X.

Quamvis adversus fiscum ufucapio non procedat, tamen ex bonis vacantibus, nondum tamen nuntiatis, emptor prædii ex iisdem bonis extiterit, rectè diuturnâ possessione capiet. Idque constitutum est. l. 18.

## XI.

Possessio testatoris ita hæredi procedit, si medio tempore à nullo possessa est. l. 20. V. f. de acq. vel amit. possess. l. 23. & l. 13. §. 4.

## XII.

Ubi lex inhibet ufucapionem, bona fides possidenti nihil prodest. l. 24.

## XIII.

Sine possessione ufucapio contingere non potest. l. 25.

Nunquam superficies sine solo capi longo tempore potest. l. 26.

## XIV.

Si solum ufucapi non poterit, nec superficies ufucapietur d. l. 39.

d C'est un cas où le mineur qui sera Seigneur du fonds, relève le majeur qui est Seigneur de la superficie, comme dans la Loi 10. Quemadmodum servitus amittatur.

## XV.

Nunquam in ufucapionibus juris error possessori prodest. l. 31. l. 2. §. 15. ff. pro empt. V. n. 22. in fin.

## XVI.

Vacuum tempus quod ante aditam hæreditatem, vel post aditam intercessit, ad ufucapionem hæredi procedit e. l. 31. §. 5.

e V. l. 13. §. 4. l. 23. de acquirendâ vel amittendâ possessione.

Cœptam ufucapionem à defuncto, posse & ante aditam hæreditatem adimpleri, constitutum est. l. 40.

## XVII.

Potest pluribus modis accidere, ut quis rem alienam aliquo errore deceptus, tanquam suam vendat fortè, aut donet: & ob id à bonæ fidei possessore res ufucapi possit. Veluti, si hæres rem defuncto commodatam, aut locatam, vel apud eum depositam, existimans hæreditariam esse, alienaverit. l. 36.

## XVIII.

Furtum sine affectu furandi non committitur f. l. 37. f. Ita nec delictum fit sine dolo.

Res aliena bonâ fide alienari potest.

Furtum non fit sine affectu furandi.

## USURPATIONIBUS, &amp;c.

## XIX.

Hæres ejus qui bonâ fide rem emit g, usu non capiet sciens alienam h. l. 43. i

g Ergo initium contractus non sufficit. Contra l. 10. supra.

h Si modo ipsi possessio tradita sit. Continuatione verò non impediretur hæredis scientia. l. 10. h. Quid, chez nous du Légataire universel? Chez nous scientia rei alienæ impedit ufucapionem, quando quis vult acquirere per præscriptionem. Quid apud nos si defunctus fuit bonæ fidei, hæres malæ fidei, & legatarius bonæ fidei, an conjungentur tempora, vel obstabit possessio hæredis malæ fidei? Nota. Legatarius jus suum non capit ab hærede, sed à defuncto; nec debet nocere hæredis scientia legatario bonæ fidei. Nam regulariter initium solum possessionis incipi debet, lex verò non vult facere possessori malæ fidei ut ufucapionem impleat, hic vero qui præscriptione juvatur non erat malæ fidei, qui autem erat malæ fidei, id est, hæres præscriptione non fruitur; & apud nos est dumtaxat exceptio propter vitium pœnale possessoris malæ fidei. Quid de eo qui emit bonâ fide ab hærede; nam jus suum ab eo tenet. i V. l. 11. de diversis.

## XX.

Pro hærede ufucapio locum non habet l. l. 1. C. de ufucap. pro hæred. l. ult. C. com. de ufuc. V. n. 22.

l Tribus casibus ufucapio pro hærede locum habet. 1º. in l. 3. pro hærede. 2º. in l. 33. §. 1. V. hoc amplius de usurpationibus. 3º. Si defunctus quid sine vitio possedit. Gotofr. ad T. C. pro hærede. Sed hæc omnia falsa sunt.

Vitia possessionum à majoribus contracta perdurant, & successorem auctoris sui culpa comitatur. l. 11. C. de acq. & ret. poss. V. l. 11. ff. de div. temp. præsc.

## XXI.

Si quis alienam rem mobilem, seu se moventem bonâ fide per continuum triennium detinuerit, is firmo jure eam possideat. l. un. C. de ufuc. transf.

## XXII.

Super longi temporis præscriptione quæ ex decem vel viginti annis introducit, perspicuo jure sancimus, ut sive ex donatione, sive ex aliâ lucrativâ causâ, bonâ fide quis per decem vel viginti annos rem detinuisse probetur, adjecto scilicet tempore etiam prioris possessoris: memorata longi temporis exceptio sine dubio ei competat, nec occasione lucrativæ causæ repellatur. l. 11. C. de præsc. long. temp.

Longi temporis præscriptio, his qui bonâ fide acceptam possessionem, & continuatam, nec interruptam, inquietudine litis tenuerunt, solet patrocinari. l. 2. C. eod. V. inf. n. 24.

Diutina possessio tantum jure successionis, sine justo titulo obtenta m, prodesse ad præscriptionem hæc solâ ratione non potest. l. 4. C. eod.

m Vide n. 20.

Nec petentem dominium ab eo cui petentis solus error causam possessionis n, sine vero titulo præstitit, silentii longi temporis præscriptione repellit, juris evidentissimi est. l. 5. C. eod.

n Vide n. 15.

## XXIII.

Longi temporis possessione munitis, instrumentorum amissio nihil juris aufert: nec diuturnitate possessionis partam securitatem maleficium alterius turbare potest. l. 7. C. eod. o

o V. l. 57. de administratione vel periculo tutorum.

## XXIV.

Post decennium inter præsentibus, & vicennium inter absentes, securus est possessor ex justo titulo cum bonâ fide, licet ejus autor malâ fide possederit, si rei dominus sui juris & alienationis non sit ignarus. Si verò hæc ignoret, solo tricennio repellatur à possessore p cujus autor fuerit malæ fidei. Nov. 119. c. 7.

p Hæc exceptio non servatur. V. Henrys, t. 1. l. 4.

## XXV.

Pro præsentibus habentur actor & possessor, si in eadem Provinciâ domicilium habeant, pro absentibus verò, si alter in alterâ. l. ult. C. eod.

## XXVI.

Si quibusdam annis absentia, quibusdam præsentia intervenerit, adjiciendum decennio tantum temporis, quantum fuit absentia. Nov. 119. c. 8.

Neque

Hæredi non prodest bona fides defuncti, si ipse sciat alienum.

Hæres ufucapere non potest quod defunctus non potuit, & inutilis hæredi bona fides.

Mobilia triennio ufucapiuntur.

Decennio inter præsentibus, inter absentes vicennium, acquiruntur dominium ex bonâ fide, & justo titulo, etiam lucrativo.

Jus successionis non est titulus.

Instrumenti amissio non nocet præscriptioni.

Tricennio tantum præscribitur cujus autor malâ fide possedit, si dominus jus suum & alienationem ignoraverit.

Præsentibus sunt quorum domicilium est in eadem Provinciâ, absentes contra.

Tempus absentia suppleendum adjecto pari tempore supra decennium.



*Adioni personali non præscribitur nisi tricennio.*

Neque mutui, neque commodati, aut depositi, seu legati vel fideicommissi, vel tutelæ, seu alii cuilibet personali actioni, longi temporis præscriptionem obijci posse certi juris est. l. 5. C. quib. non. objic. long. temp. præscrip. l. 3. l. 4. C. in quib. caus. cess. longi temp. pr.

Sicut in rem speciales, ita de universitate, ac personales actiones ultra triginta annorum spatium minime protendantur. Sed si qua res, vel jus aliquod postuletur, vel persona qualicumque actione vel persecutione pulsetur, nihilominus erit agenti triginta annorum præscriptio metuenda, l. 3. C. de præscrip. 30. vel 40. ann. V. inf. l. 4. & l. 7. eod. n. 35. & 37.

XXXVIII.

*Excipiuntur actiones quæ ex lege minori tempore præscribuntur.*

Hæ actiones annis triginta continuis extinguantur, quæ perpetuæ videbantur: non illæ quæ antiquis temporibus limitabantur. l. 3. in f. C. de præsc. 30. vel 40. an.

XXXIX.

*Subducitur à præscriptione tempus quo non agentem petitorum jura excusant.*

Præscriptione bonâ fide possidentes adversus præfentes annorum decem, absentes autem viginti minuuntur. Quod si ex alicujus personâ de petitorum parte restitutionis prætendatur auxilium, deducto eo, quo si quid fuerit gestum succurri solet, residuum computari rationis est q. l. 7. C. quib. non objic. long. temp. præscript.

*q La minorité n'est pas une interruption, mais une suspension de la prescription.*

XXX.

*Non currit præscriptio longi temporis contra absentes.*

Cum per absentiam tuam eos de quibus quæreris in res juris tui irruisse adseveres, teque ob medendi curam à comitatu nostro discedere non posse palam sit: Præfectus prætorio noster, accersitis his quos causa contingit, inter vos cognoscet. Non necessario autem petis ex longi temporis diuturnitate præscriptionem tibi non opponi, quando justæ absentia ratio, & necessitatis publicæ obsequium ab hujusmodi præjudicio te defendat. l. 2. C. quib. non objic. long. temp. præsc.

Si possessio inconcussa sine controversiâ perseveravit, firmitatem suam tenet objecta præscriptio, quam contra absentes vel reipublicæ causâ, vel maxime fortuito casu, nequaquam valere decernimus. l. 4. eod.

XXXI.

*Nec contra minores.*

Non est incognitum, id temporis quod in minore ætate transmissum est, longi temporis præscriptioni non imputari. Ea enim tunc currere incipit, quando ad majorem ætatem dominus rei pervenerit. l. 3. C. quib. non objic. long. temp. præscript.

XXXII.

*Ecclesiæ & venerabilibus locis sola 40 annorum præscriptio opponitur.*

Universas terras quæ à colonis, sive emphyteuticariis dominici juris, Reipublicæ, vel juris sacrorum templorum, in quâlibet provinciâ venditæ, vel ullo alio pacto alienatæ sunt, ab iis qui perperam atque contra leges eas detinent, nullâ longi temporis præscriptione officiente, jubemus restitui: ita ut nec pretium quidem iniquis comparatoribus reposcere liceat. l. 2. C. ne rei. dom. vel templ. vind. templ. præscr. submov.

Non nisi 40. annorum præscriptio ecclesiæ, & venerabilibus locis opponitur. Nov. 131. c. 6.

XXXIII.

*Qui alteri possidet, non præscribit, veluti conductor & qui precario possidet.*

Malè agitur cum dominis prædiorum, si tanta præcario possidentibus prærogativa defertur, ut eos post quadraginta annorum spatia quâlibet ratione decursa, inquietare non liceat. Cum lex Constantiana jubeat ab his possessoribus initium non requiri, qui sibi potius quàm alteri possederunt. Eos autem possessores non convenit appellari, quia ita tenent ut ob hoc ipsum solitam debeant præstare mercedem. Nemo igitur qui ad possessionem conductor accedit, diù alienas res tenendo jus sibi proprietatis usurpet, ne cogantur domini aut amittere quæ locaverunt, aut conductores utiles sibi fortassis excludere, aut annis omnibus super dominio suo publicè potestari. l. 2. C. de præsc. 30. vel 40. ann.

XXXIV.  
Quadraginta annorum præscriptione omnis contractus, omnis actio, quæ cæteris præscriptionibus non pereat, sive privati juris sive publici, extinguitur. l. 4. C. de præsc. 30. vel 40. ann.

XXXV.

Publicæ functiones & tributa nullâ præscriptione tolluntur. l. 6. C. de præsc. 30. vel 40. ann.

XXXVI.

Actio hypothecaria contra extraneos possessores tricennio finitur: at contra debitorem, aut ejus hæredes pignorum possessores, ad annos quadraginta perseverat; licet actione personali tricennio liberentur. l. 7. de præsc. 30. vel 40. ann.

*† Louet, l. H.*

Si anterior creditor vivo debitore agat hypothecariè adversus posteriorem ejusdem debitoris creditorem, eundemque pignoris possessorem, sola 40. annorum præscriptio possessorem tuebitur; eique accedet tempus quo debitor ipse possedit. Si vero mortuo debitore secundus creditor tricennio possederit, tutus erit. d. l. §. 2.

Idem jus erit pro temporum computatione, si posterior creditor anteriori creditori possessione se tuenti, debitum offerat. d. l. §. 3.

XXXVII.

Debiti sub conditione vel sub die non currit præscriptio, nisi post diei aut conditionis eventum. f. d. l. 7. §. 4. C. de præsc. 30. vel 40. ann.

*† Secus apud nos saltem in actione hypothecariâ adversus extraneum possessorem. Quia datur actio ad declarationem juris spectantem quæ juri romano erat incogita*

XXXVIII.

In his etiam promissionibus, vel legatis, vel aliis obligationibus quæ dationem per singulos annos vel menses aut aliquod singulare tempus continent, tempora memoratarum præscriptionum non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cujusque anni, vel mensis, vel alterius singularis temporis, computari manifestum est. l. 7. §. ult. C. de præsc. 30. vel 40. ann.

*† V. contra l. 26. C. de usuris quæ est Justiniani & ita revocata. l. 7. C. de præscriptione triginta vel quadraginta annorum. V. de usuris. n. 24.*

TITULUS IV.

Pro emptore.

I.

SI fundus emptus sit, & ampliores fines possessi sint, totum longo tempore capi: quoniam universitas ejus possideatur, non singulæ partes. l. 2. §. 6. in f. a.

*Si empti agri ampliores sint fines, totum præscribitur.*

*a Il faut supposer que neque fines demonstrati erant, neque numerus jugerum dictus erat. Alioquin emptor possideret contra proprium titulum nec usucaperet. V. l. 30. de acquirendâ vel amittendâ possessione.*

II.

Etiam hæredi ulteriori defuncti possessio proderit, quamvis medius hæres possessionem ejus nactus non sit. b. l. 2. §. 18. c.

*Ulteriori hæredi accedit tempus defuncti, licet hæres medius non possiderit.*

*b Ergo non interruptitur, sed dumtaxat suspenditur possessio, & à nemine fuerat occupata. c. V. l. 13. §. 4. de acquirendâ vel amittendâ possessione.*

TITULUS V. \* Pro hærede, vel pro possessore.

\* V. l. 1. C. li. t. l. ult. C. Communia de usucapionibus, & titulum præcedentem. n. 20.

TITULUS VI. Pro donato.

## TITULUS VII.

## Pro derelicto\*.

\* Malè hic titulus insertus est inter modos acquirendi per usucapionem, si quidem titulus *pro derelicto*. Non sufficit, si is qui rem *pro derelicto* habuit, non erat verus dominus.

## I.

**S**I res *pro derelicto* habita sit statim nostra esse definit, & occupantis (statim) fit *a*. Quia iisdem modis res desinunt esse nostræ, quibus acquiruntur. l. 1.

*a* V. l. 3. §. 6. de acquirendâ vel amittendâ possessione.

## II.

Pro derelicto rem à domino habitam si sciamus, possumus acquirere. Sed Proculus non desinere eam rem domini esse, nisi ab alio possessa fuerit. Julianus desinere quidem omittentis esse, non fieri autem alterius, nisi possessa fuerit, & rectè. l. 2. d. l. §. 1.

## III.

Si quis merces ex nave jactatas invenisset, num ideo usucapere non possit, quia non viderentur derelictæ, quaritur? sed veriùs est, eum *pro derelicto* usucapere non posse. l. 7. b.

*b* V. l. de lege Rhodiâ. l. 9. §. ult. de acquirendo rerum dominio.

## TITULUS VIII.

## Pro legato.

## I.

**P**RO legato usucapit cui rectè legatum relictum est. Sed etsi non jure legatum relinquatur, vel legatum ademptum est, *pro legato* usucapi, post magnas varietates, obtinuit *a*. l. ult.

*a* Agitur hic de re alienâ legatâ. Tres sunt definitiones in hac lege. Prima est de eo cui res aliena rectè legata est. Secunda, de eo cui res aliena legata est in testamento imperfecto. Locum habet usucapio in his casibus & valet decisio. Tertia, de eo cui res aliena legata est in testamento, & per codicillos adempta; non valet decisio legis, nam deest titulus; proindeque non currit usucapio.

## TITULUS IX. De dote.

## TITULUS X.

## Pro suo.

## I.

**I**N alieni facti ignorantia tolerabilis error est. l. ult. in f.

## LIBER XLII.

## TITULUS I.

## De re judicatâ, &amp; de effectu sententiarum, &amp; de interlocutionibus.

## I.

**R**ES judicata *a* dicitur quæ finem controversiarum pronuntiatione judicis accipit: quod vel condemnatione vel absolutione contingit. l. 1.

*a* V. l. 9. §. 1. de receptis.

Præses provincie non ignorat definitivam sententiam, quæ condemnationem vel absolutionem non continet, *pro justâ* non haberi. l. 3. C. de sentent. & interloc.

Qui *pro tribunali* cognoscit, non semper tempus judicati servat, sed nonnunquam arctat, nonnunquam prorogat, *pro causæ* qualitate, & quantitate, vel personarum obsequio, vel contumaciâ. Sed perrarè intrâ statutum tempus sententiæ exequentur. Veluti si alimenta constituentur, vel minori viginti-quinque annis subvenitur. l. 2.

## II.

Qui damnare potest, is absolvendi quoque potestatem habet. l. 3.

## III.

Si se non obtulit procurator, judicati actio in eum denegabitur, & in dominum dabitur: si se obtulit, in ipsum dabitur. l. 4.

Tutor quoque vel curator in eâ conditione sunt, ut non videantur videri se liti obtulisse: idcircoque debet denegari in eos judicati actio d. l. 4. §. 1.

Actor municipum potest rem judicatam rucufare: in municipes enim judicati actio dabitur d. l. 4. §. 2.

## IV.

Si quis promiserit, *prohibere se*, ut aliquod damnum stipulator patiat, & faciat. Neque ex eâ re damnum stipulator patietur, & faciat: (ita habeatur) facit quod promisit: si minùs qui non facit, quod promisit, in pecuniam numeratam condemnatur, sicut evenit in omnibus faciendi obligationibus. l. 13. §. 1.

## V.

Quod jussit, vetuitvè prætor, contrario imperio tollere & repetere licet *b*: de sententiis contra. l. 14.

*b* Distinguer entre une ordonnance & une sentence.

Judex postquam semel sententiam dixit *c*, postea judex esse definit. Et hoc jure utimur, ut judex qui semel vel plures, vel minoris condemnavit, amplius corrigere sententiam suam non possit. Semel enim malè seu benè officio functus est d. l. 55. l. 62. h. tit. l. 2. C. de sent. ex peric. recit.

*c* V. l. 27. de pœnis. *d* V. l. 19. §. 2. de receptis.

Neque suam, neque decessoris sui sententiam quemquam posse retractare, in dubium non venit. l. 1. C. sent. resc. n. poss.

## VI.

Sententiam Romæ dictam, etiam in provinciis posse præsidem, si hoc jussi fuerint, ad finem persequi, imperator noster cum patre rescriptit. l. 15. §. 1.

## VII.

In venditione pignorum captorum faciendâ, primò quidem res mobiles animales pignori capi jubentur, mox distrahi. Quarum pretium si suffecerit, benè est: si non suffecerit, etiam soli pignora capi jubent, & distrahi. Quòd si nulla moventia sint, à pignoribus soli initium faciunt. l. 15. §. 2.

*e* Abrogé par l'ordonnance de 1539, à la réserve des mineurs; il faut discuter leurs meubles, avant l'adjudication des immeubles.

## VIII.

Oportet res captas pignori & distractas præsentem pecuniâ distrahi, non sic, ut post tempus pecunia solvatur. l. 15. §. 7. in fin.

*f* Prætor vendit græcâ fide.

## IX.

Posse nomen jure pignoris capi, imperator noster rescriptit. l. 15. §. 8. l. 5. C. de exerc. rei jud.

## X.

Inter eos quibus ex eadem causâ debetur, occupantis melior *g* conditio est. l. 19. *h*.

*g* Priorité de saisie. *h* Vide l. 10. de pignoribus & hypothecis.

## XI.

Et si fidejussor acceptus sit rei, vel actionis, non proderit (ei) si persona pro quâ fidejussit, in quantum facere potest condemnanda est *i*. l. 24. l. 7. de exceptionibus.

*i* Ne eludatur providentia ejus qui fidejussorem ideo accepit, quia reus tenebatur dumtaxat in id quod facere potest. Hoc autem privilegium est omninò pœnale. Verum nonne fidejussor regressu n

Arctare tempus judicati, & prorogare potest judex, pro causâ qualitate & personarum.

Is absolvendi potest qui & damnare.

Nec procurator, nec tutor aut curator, nec actor municipum tenentur suo nomine ex judicato.

Obligaciones faciendi in pecuniam convertuntur.

Judex nec suam nec decessoris sententiam mutare potest.

Jussi magistratus sententias Romæ dictas in provinciis exequantur. Mobilia prius distrahenda quam res solæ.

Pignora presentem pecuniâ distrahuntur.

Nomina pignori capi possunt.

Occupantis melior conditio.

Fidejussor & hæres ejus qui in quantum facere potest condemnatur, tenentur in solidum.

Res derelicta fit occupantis.

Qui derelinquit finit esse dominus.

Ad levandam navem jactata non sunt derelicta.

Ex legato non jure relictò usucapit legatarius.

Excusatur ignorantia facti alieni.

Res judicata est finis controversiæ per condemnationem vel absolutionem.

regressum habebit in solidum si solvat? Respondeo affirmative, quia illud privilegium est relativum dumtaxat inter conjunctas pœnas: & ita eludi potest hoc privilegium remedio fidejussoris. l. 33. §. 3. De donationibus. l. 41. h.

Sciendum est hæredes earum personarum, non in id quod facere possunt, sed in integrum teneri. l. 25. V. inf. n. 14.

## XIII.

Si convenerit inter litigatores quid pronuntietur l, non abs re erit, judicem hujusmodi sententiam proferre. l. 26. m.

l Ubi partes conveniunt cessat officium judicis. m V. l. 21. Communi dividendo.

## XIV.

Cùm ex causâ donationis promissa pecunia est, si dubitatum sit an ea res eò usque donatoris facultates exhaurire possit n, ut vis quicquam ei in bonis relictum sit, actio in id quod facere possit, danda est o: ita ut & ipsi donatori aliquid sufficiens relinquatur. Quod maximè inter liberos & parentes observandum est. l. 30.

n V. infra n. 22. o Quid de donatore dotis? Si sit pater, teneatur tantum in id quod facere potest; extraneus autem in solidum. Arg. l. 41. infra, quia maritus indotatam uxorem deducturus non fuisset. l. 10. Quæ in fraudem creditorum.

Pinguius donatori succurrere debemus p, quàm ei qui verum debitum persolvere compellitur; ne liberalitate suâ inops fieri periclitetur. l. 49. in f. & l. 50.

p Id est, deducto ære alieno: scilicet de patrono, de marito, dictâ lege 49. De socio & parente. l. 16. l. 19. eod.

## XV.

Debitoribus non tantum petentibus dies ad solvendum dandi sunt, sed & prorogandi, si res exigat: si qui tamen per contumaciam magis, quàm quia non possint explicare pecuniam q, differant solutionem, pignoribus capti compellendi sunt ad satisfaciendum r. l. 31.

q In pœnali post menses quatuor, in re protinus est omnis sententia perficienda. Sed postquam quis diem ad solvendum petiit, præcluditur ei appellationis via l. 5. c. h. r. V. infra n. 39. r Nota. Judex inducias largitur, potest inter usurium temporis proprio motu pronunciare, quia potest beneficio conditionem addere, & eluditur hic omnis usuræ prohibitæ suspicio, auctore Begone.

## XVI.

Cùm prolatis constitutionibus contra eas pronuntiat judex, eò quod non existimat causam, de quâ judicat, per eas juvari s, non videtur contra constitutiones sententiam dedisse. l. 32. V. inf. n. 30.

s Nec litem suam facit cum malæ fidei non sit; sed opinione suâ licet falsâ excusatur. Lex enim humanè cum ministro suo agit. V. l. 15. §. 1. de judiciis.

## XVII.

Imperatores Antoninus & Verus rescripserunt, quamquam sub obtentu novorum instrumentorum restitui negotia minimè oporteat, tamen in negotio publico ex causâ permittere se hujusmodi instrumentis uti. t. l. 35.

t C'est un des privileges du fisc. J'ai vu M. d'Aguesseau, procureur-général, former opposition à un arrêt rendu conformément à ses conclusions. M. Macé étoit avocat. Il n'y a point de fin de non-recevoir contre le droit public, ni contre les appellations comme d'abus, parce qu'il ne se couvre point.

Subspecie novorum instrumentorum postea repperorum, res judicatas restaurari exemplo grave est. l. 4. C. eod. V. inf. n. ult.

## XVIII.

Tunc universi judices intelliguntur judicare, cum omnes adsunt. u. l. 37. x.

x Nam si unus absuit, potuisset alios trahere in suam sententiam. l. 17. §. ult. De receptis. x Licet unus contra sentiat. l. 39.

## XIX.

Inter pares numero judices, si dissônæ sententiæ proferantur, in liberalibus quidem causis y (secundum quod à divo Pio constitutum est) pro libertate statutum obtinet z. In aliis autem causis, pro reo.

y Voyez l'article 12 des sentences de l'ordonnance de 1670.

z Accedit iudicium Minervæ pro reo. Alteserra, t. 3. c. 17.

TOME II.

Quod & in judiciis publicis obtinere oportet. l. 38. V. f. de manum. l. 24.

De Fiction. jur. V. l. 24. De manumissionibus. Ce privilege a lieu pour le fisc par une déclaration du roi Louis XIII, en date du mois de Mars 1640, vérifiée le 20 avril suivant, rapportée par Brodeau sur Louet, let. P. n. 45. On dit qu'elle ne s'observe plus.

## XX.

Si diversis summis condemnentur judices, minimam spectandam esse Julianus scribit a. l. 38. §. 1.

a Le Prêtre, cent. 1. ch. 74. V. l. 10. de inofficioso testamento.

## XXI.

Duo ex tribus judicibus, uno absente, judicare non possunt b: quippe omnes judicare jussi sunt. Sed si adsit, & contra sentiat, statim duorum sententiæ. Quid enim minus verum est, omnes judicasse. l. 39. l. 37. h.

b Quia potuit præsentia unius alios trahere in suam sententiam. l. 17. §. ult. l. 18. De receptis.

## XXII.

Nesennius Apollinaris. Si te donaturum mihi delegavero creditori meo, an in solidum conveniendus sis? Et si in solidum conveniendus c, an diversum putes, si non creditori meo, sed ei cui donare volebam te delegavero? Et quid de eo qui pro muliere, cui donare volebat, marito ejus dotem promiserit? respondi, nullâ creditor exceptione summovertetur, licet is qui delegatus est poterit uti adversus eum cujus nomine promisit: cui similis est maritus, maximè si constante matrimonio petat. Et sicut hæres donatoris in solidum condemnatur, & ipse fidejussor quem in donando adhibuit, ita & ei cui non donavit, in solidum condemnatur d. l. 41. V. f. de donat. l. 33. §. 2.

c V. supra n. 14. d. V. l. 19. De novationibus, quia curiosus esse non debet.

## XXIII.

Paulus respondit, eos qui unâ sententiâ in unam quantitatem condemnati sunt, pro portione virili e, ex causâ judicati conveniri: & si ex sententiâ adversus tres dictâ, Titius portionem sibi competentem exsolvit, ex personâ cæterorum ex eadem sententiâ conveniri eum non posse. l. 43.

e Scinditur sententia pœnas, atque ad eò qui condemnati sunt viriles partes dant. l. 10. §. 3. De appellationibus.

Si non singuli in solidum, sed generaliter tu & collega tuus unâ & certâ quantitate condemnati estis, nec additum est, ut quod ab altero servari non posset, id alter suppleret; effectus sententiæ pro virilibus portionibus discretus est. Ideoque parens pro tuâ portione sententiæ, ob cessationem alterius, ex causâ judicati conveniri non potes. l. 1. C. si plur. unâ sent. cond. sunt.

## XXIV.

Contra indefensos minores tutorem vel curatorem f non habentes, nulla sententia proferenda est. l. 45. §. 2.

f V. titul. C. Si adversus rem judicatam.

Neque enim debet adultis nocere, quidquid eo tempore statutum est, quo defensione justâ, & curatoris auxilio fuerant destituti. l. 6. inf. C. quomod. & quand. jud.

## XXV.

De uno quoque negotio præsentibus omnibus, quos causa contingit, judicari oportet. Aliter enim judicatum tantum inter præsentibus tenet. g. l. 47. h.

g Olim nemo absens condemnari poterat; sed ex tribus edictis evocabatur & fiebat missio in possessionem bonorum ejus: scilicet jure novo. l. 1. 3. C. Quo modo & quando judex est à parte abs. l. 8. eod. cum authent. qui semel. ubi reus expectatur per annum. h V. l. 10. §. ult. De appellationibus. l. 10. De exceptionibus. l. 12. 13. De exceptionibus rei judicatæ.

## XXVI.

Post rem judicatam, vel jurejurando decisam, vel confessionem in jure factam, nihil queritur post orationem divi Marci: quia in jure confessi pro judicatis habentur. l. 56. l. 1. de confessis.

## XXVII.

Sæpè constitutum, res inter alios judicatas

In diversis condemnationibus mihi mam sequimur.

Non consentiente uno judicum stat sententia: aliud absente, si præsens esse debuit.

Donator delegatus in solidum condemnatur.

Ex causâ judicati non tenentur in solidum plures condemnati.

Indefensus minor non condemnatur.

Omnibus partibus vocatis judicandum.

Jurejurando & confessione lis deciditur.

Alteri non

Potest ex consensu litigantium proferri sententia.

Donator in quantum facere potest condemnatur.

Dandum condemnato tempus ad solvendum.

Constitutio enim, ut causam juvant, ratio habenda.

Novis instrumentis non restauratur res judicata, nisi in negotio publico.

Præsentia judicantium necessaria.

In pari numero dissônantibus sententiis pro reo in publicis judiciis statuendum.

*præjudicat cum altero judicatum.*

*l* alius non præjudicare. l. 63. Toto titulo. C. quib. res jud. n. noc. & tit. C. inter al. act. vel jud. ad n. noc. l.

*l* Imo licet is contra quem judicatum est alteri hæres extiterit, ei non nocet. l. 10. De exceptionibus. l. 10. §. ult. De appellationibus. Quid, un créancier peut-il former opposition à un arrêt rendu contre le débiteur? l. V. tit. de exceptione rei judicatæ, & l. 12. 13. 14.

## XXVIII.

Nulla est sententia prolata die feriato, aut extra locum judicii *m* ex l. 4 & 5. C. quom. & quand. jud. sent. pr. deb. l. 6. C. de sent. & interloc.

*m* Extra locum majorum.

## XXIX.

Prolatam à præside sententiam contra solitum judiciorum ordinem *n*, auctoritatem rei judicatæ non obtinere, certum est *o*. l. 4. C. de sent. & interloc.

*n* Non ex periculo. l. 1. C. de sentent. ex peric. recit. Si judex tantum suavit. l. 7. C. de sententiis & interlocutionibus. Si non in loco majorum. Si non fedens, &c. *o* Nec vox judicis, judicati continet auctoritatem dictâ lege 7. de sententiis & interlocutionibus.

## XXX.

Nemo judex, vel arbiter existimet, neque consultationes quas non ritè judicatas esse putaverit, sequendum. Et multò magis sententias eminentissimorum præfectorum, vel aliorum procerum (non enim si quid non bene dirimatur, hoc & in aliorum judicium vitium extendi oportet *p*; cum non exemplis, sed legibus judicandum sit). Nequè si cognitionales sint amplissimæ præfecturæ, vel alicujus maximi magistratûs prolatae sententiæ, sed omnes judices nostros veritatem, & legum & justitiæ sequi vestigia sancimus *q*. l. 13. C. de sent. & interloc. V. f. l. 32.

*p* Non enim tam spectandum est quid Romæ factum est quam quid fieri debeat. l. 12. De officio præsidis. Quid si jus deficit, exemplis juvari potest. Socinus. Reg. 225. *q* Vide Duval, de rebus dubiis tract. 1<sup>o</sup>. De auctoritate arrestorum.

## XXXI.

Liceat judici vel contra actorem ferre sententiam *r*, & aliquid eum daturum vel facturum pronuntiare, nullâ ei opponendâ exceptione quòd non competens judex agentis esse cognoscatur. Cujus enim in agendo observat arbitrium, eum habere & contra se judicem in eodem negotio non dedignetur. *s*. l. 14. C. de sentent. & interloc.

*r* Apud nos reconventio locum non habet. Voyez l'article 60 de la coutume de Paris. *s* In causâ reconventionis si eadem lite agatur, non habet locum exceptio juris incompetentis. Gotofr.

## XXXII.

Cùm plura sunt in lite capita, potest judex definitivè quædam judicare, de cæteris interloqui. ex l. 15. C. de sentent. & interloc.

## XXXIII.

Ubi de eo quod interest agitur, damnum omne ex æquo temperandum: nisi lex modum statuerit *t*. ex l. un. C. de sentent. quæ pro eo quod. inter. profes.

*t* Si de quantitate pecuniariâ agitur, non licet judici aliam pœnam infligere, quam usuras ordinarias, quia contenti esse debemus pœnis legum comprehensis. l. 19. De verborum obligationibus. V. contra l'ordonnance de 1539, art. 88 & 89; l'ordonnance d'Orléans, art. 60, & l'ordonnance de Blois, art. 145.

## XXXIV.

Et in privatorum causis hujusmodi forma fervetur, ne quemquam litigatorum sententia non à suo iudice dicta constringat *u*. l. ult. C. si à non comp. jud. judic. esse die *x*.

*u* Le juge n'a point d'autorité sur celui qui n'est pas son justiciable; & impunè ei non paretur. l. ult. De jurisdictione.

*x* L. 25. eod.

## XXXV.

Peremptorias exceptiones omissas in initio antequàm sententia feratur, opponi posse perpetuum edictum manifestè declarat. l. 2. C. sent. rescin. non posse.

## XXXVI.

Possessor victus fructus restituit, non tantum quos

percepit, sed etiam quos percipere potuit, ex quo res in iudicium deducta est. Hæredis quoque succedentis *y* in vitium par habenda fortuna est. ex l. 2. C. de fruct. & lit. exp. *z*.

*y* L. 5. De diversis.

*z* Vide l. 40. De hæreditatis petitione.

Hoc fructuum nomine continetur, quod justis sumptibus deductis superest. l. 1. C. eod.

## XXXVII.

Omnis litigator victus debet impensas. ex l. 5. C. de fruct. & lit. imp.

## XXXVIII.

Res judicatæ si sub prætextu computationis instaurantur, nullus erit litium finis. l. 2. C. de re judic. V. inf. l. 1. §. 1. Quæ sentent. fin. appell. rescind. *a*.

*a* L. 1. §. 1. Quæ sententiæ sine appellatione. V. de transactionibus. n. 24. l. un. C. de error. calculi.

## XXXIX.

Ad solutionem dilationem petentem, acquievissè sententiæ manifestè probatur *b*, sicut eum qui quolibet modo sententiæ acquieverit *c*. Nec enim instaurari finita rerum iudicatarum patitur auctoritas. l. 5. C. de re jud.

*b* Fin de non-recevoir contre l'appel.

*c* Vide supra n. 15.

## XL.

Gesta quæ sunt translata in publica monumenta, habere volumus perpetuam firmitatem. Neque enim morte cognitoris perire debet publica fides. l. ult. C. de re jud.

## XLI.

Stipendia retineri propterea quòd condemnatus es, non patietur præses provinciæ, cum rem iudicatam possit aliis rationibus exequi *d*. l. 4. C. de exec. rei jud.

*d* Ni les gages de la maison du Roi par les statuts de l'ordre de S. Lazare, où on ne peut saisir les pensions que les chevaliers ont sur les bénéfices; mais comme ces statuts ne sont pas enregistrés au parlement, on n'y a point eu d'égard par arrêt du 18 avril 1703, donné à la grand'chambre, à l'audience de relevée, contre M. de Crequy, marquis d'Hesmon, plaidant M. des Rues pour lui. Peut on saisir les gages futurs de mon domestique? Non, car il me servira mal. V. l. 6. De cessione bonorum.

## XLII.

Ex falsis tabulis, vel instrumentis iudicatum rescinditur. ex l. 1. & seq. C. si ex fals. instr. vel test. jud. f. V. l. pen. C. de transact.

*for*, aut ejus hæres fructus restituit.

Fructus intelliguntur deductis sumptibus.

Victus debet impensas.

Prætextu computationis lis non instauratur.

Dilationem petens acquievit sententiæ.

Actorum publicorum firma fides.

Stipendia capi non possunt.

Judicatum ex falso instrumento irritum fit.

## TITULUS II.

## De confessis.

## I.

CONFESSUS pro iudicato est, qui quodam modo suâ sententiâ damnatur *a*. l. 1. *b*.

*a* Inde point d'appel. *b* V. l. 9. §. 1. De donationibus. & 56. De re judicatâ.

## II.

Confessos in jure pro iudicatis haberi placet. Quare sine causâ desideras recedi à confessione tuâ, cum & solvere cogaris. l. un. C. eod.

## III.

Non fatetur qui errat, nisi jus ignoravit. l. 2.

Non fatetur qui in factis errat.

## TITULUS III.

## De cessione bonorum.

## I.

CREDITORI qui ob restitutionem ædificiorum crediderit, privilegium *a* exigendi datur. l. 1.

*a* Les créanciers du fonds peuvent chez nous demander la ventilation de la superficie, & même les simples créanciers hypothécaires le peuvent. V. l. 1. In quibus causis pig. l. 5. & 6. Qui potiores. l. 24. §. 1. §. 3. De rebus auctoritate judicis possid. l.

Privilegium habet qui credit ob restitutionem ædificiorum.

*Nec die feriato, nec extra locum judicii lata sententia valebit.*

*Non stat sententia contra ordinem judiciorum lata.*

*Non ex consultationum, aut sententiarum exemplis, sed ex veritate & justitiâ judicandum.*

*Judicem non recusat actor reconventus in his quæ sunt ejusdem negotii.*

*Potest judex de quibusdam judicare, de cæteris interloqui.*

*Ex bono & æquo, aut legis modo temperandum id quod interest.*

*Nulla est sententia iudicis non competentis.*

*Peremptoriae exceptioni semper locus ante sententiam.*

*Victus possess-*

*n'y a point de Loi qui ordonne le devis pour avoir privilege; mais au Châtelet on en veut un: il y en a eu un acte de notoriété & un règlement.*

## II.

In personalibus actionibus, qui postea quidem contraxerunt, verum ut pecunia eorum ad priores creditores perveniat, in locum eorum succedunt *b. l. 2.*

*b. V. l. 1. C. De his qui in priorum creditorum locum, & supra. Qui priores. n. 15. & l. 3. Quæ res pignori. Modo pervenerit pecunia, nec post aliquod intervallum. l. 24. §. 3. De rebus auctoritate judicis possid.*

## III.

Is qui bonis cessit, ante rerum venditionem utique bonis suis non caret: quare si paratus fuerit se defendere, bona ejus non veneunt. *l. 3.*

Quem poeniter bonis cessisse, potest, defendendo se consequi, ne bona ejus veneant. *l. 5.*

Non tamen creditoribus suâ auctoritate dividere hæc bona, & jure domini detinere, sed venditionis remedio, quatenus substantia patitur, indemnitati suæ consulere permissum est *c.* Cum itaque contra juris rationem res jure domini teneas ejus qui bonis cessit, te creditorem dicens, longi temporis præscriptione petitorum submoveri non posse manifestum est. Quod si non bonis eum cessisse, sed res suas in solutum tibi dedisse monstratur, præses Provinciæ poterit de proprietate tibi accommodare notionem. *l. 4. C. qui bon. ced. poss.*

*c. L'héritage vendu sur le curateur à cette chose abandonnée est sui & a retrait étant propre, parce que le premier abandonnement est datio in solutum, & par conséquent une vente.*

## IV.

Is qui bonis cessit, si quid postea acquisierit, in quantum facere potest convenitur *l. 4.* Si debitoris bona venierint, postulantibus creditoribus permittitur rursum ejusdem debitoris bona distrahi, donec suum consequantur; si tales tamen facultates acquisitæ sunt debitori, quibus Prætor moveri possit. *l. 7.*

Qui bonis suis cessit, si modicum aliquid post bona sua vendita acquisivit; iterum bona ejus non veneunt. Unde ergo modum hunc æstimabimus? utrum ex quantitate ejus quod acquisitum est, an verò ex qualitate? & putem ex quantitate id æstimandum esse ejus quod quæsit; dummodò illud sciamus, si quid misericordiæ causâ ei fuerit relictum, putà, menstruum vel annum alimentorum nomine *d.*, non oportere propter hoc bona ejus iteratò venundari; nec enim fraudandus est alimentis quotidianis. Idem & si ususfructus ei sit concessus vel legatus, ex quo tantum percipitur, quantum ei alimentorum nomine satis est. *l. 6.*

*d. Pensions alimentaires non sujettes à saisie, nisi tale sit legatum quo Prætor moveri possit. l. 7. h. ni les gages & appointemens. V. De re judicatâ. n. 41.*

## V.

Sabinus & Cassius putabant, eum qui bonis cessit, ne quidem ab aliis, quibus debet, posse inquietari *e. l. 4. §. 1.*

*e. Attamen est res inter alios acta, nam debuit debitor creditores omnes vocare in tributum.*

## VI.

Qui cedit bonis antequàm debitum agnoscat, condemnatur, vel in jus confiteatur, audiri non debet. *l. 8. f.*

*f. Voyez l'art. III. de Paris.*

## VII.

Qui bonis cesserint, nisi solidum creditor receperit, non sunt liberati. In eo enim tantummodò hoc beneficium eis prodest, ne judicati detrahantur in carcerem *g. l. 1. C. qui bon. ced. poss.*

*g. La contrainte par corps avoit lieu avant le Digeste, par la Loi des douze Tables & par les Loix du Code.*

Si quid (ei qui bonis cessit) postea pinguius accesserit, hoc iterum, usque ad modum debiti, posse à creditoribus legitimo modo avelli. *l. 7. inf. C. eod.*

TOM. II.

## VIII.

Præter miserabile cessionis auxilium *h.*, quinquenales interdum induciæ debitoribus indulgentur. *l. ult. C. eod.*

*h. Repits & Quinquennelles.*

## IX.

Jusjurandum per adoranda præbeat eloquia (qui bonis cedit) quòd nullam rerum causâ occasionem, aut aurum reliquum habeat, undè aris alieni supplementum faciat. Præterea, si qua ipsi jura lex vel ex hæreditate, vel cognatorum donatione in rebus mobilibus præstet, in quarum possessione nondum constitutus sit, competere tamen ipsi videantur *i.*, possintque creditores vel partem ex iis, vel etiam totum colligere, extra tamen res uxoris, si quidem reverà ad illam pertineant, hoc fiat. *Nov. 135. c. 1.*

*i. Jure novo sufficit bonam copiam ejurare absque cessione bonorum. Nov. 135.*

## TITULUS IV.

Quibus ex causis in possessionem eatur.

## I.

IS qui miscuit se (hæreditati) contrahere videtur. *l. 4. Eriam impubes a. l. 3. in fine.*

*a. A Toulouse l'adition d'hérédité emporte hypothèque contre la Loi Paulus 29. De pignotibus.*

## II.

Si diù incertum sit hæres extaturus nec ne sit *b.*, causâ cognitâ permitti oportebit bona rei servandæ causâ possideri. Et si ita res urgeat, vel conditio, bonum etiam hoc erit concedendum, ut curator constituatur unus ex creditoribus. *l. 8. & l. 9. c.*

*b. La Loi 7. §. 11. dit: Furiosi status & habitus à pupilli conditione non multum abhorret, quòd quidem non est sine ratione. Verum furiosi non sunt immunes præscriptione.*

*c. L. 2. §. 4. de curatore bonis dando.*

## TITULUS V.

De rebus auctoritate judicis possidendis, vel vendendis.

## I.

HÆREDITARIUM æs alienum intelligitur etiam id de quo cum defuncto agi non poterit *a.*: veluti, quod is cum moreretur daturum se promississet; item quod is qui pro defuncto fidejussit, post mortem ejus solvit *b. l. 7.*

*a. La Loi 6. §. 2. dit: Quid ergo si quibusdam creditoribus solvit, deinde bona venierint; si quæritur an repetitio sit, ex causâ id statuendum esse Julianus ait, ne alterius aut negligentia, aut cupiditas huic qui diligens fuit, noceat. Quid si utroque instante tibi gratificatus tutor solvit, æquum esse aut prius eandem portionem mihi quæri, aut communicandum quod accepisti. V. l. 6. §. 7. Quæ in fraudem creditorum. V. plura privilegia in tit. In quibus causis pig. & qui potiores.*

*b. La Loi 1. de religiosis, dit: Quia cum ipso defuncto contrahere videtur.*

## II.

Quæsitum est, utrum ita demùm privilegium habeat funeraria, si is cujus bona veneunt funeratus sit, an etiam si proponas alium esse funeratum? Et hoc jure utimur, ut quicumque ut funeratus, (id est, sive is cujus de bonis agitur, sive quid is debuit *c.*, quod redde eum, si viveret, funerariâ actione cogi oporteret) privilegio locus sit. *l. 17.*

*c. Si in stipulatum funeris impensa deducta est, dicendum est locum esse privilegio, si modo quis non abjiciendi privilegii causâ stipulatus est. ibid. in fine. V. l. 11. §. 1. de pignoratitiâ actione. l. de animo novandi. V. l. 1. §. 10. de separationib.*

## III.

Si sponsa dedit dotem, & nuptiis renunciatum est, tamen ipsa dotem condicit, tamen æquum est hæc

z ij

Quinquennales induciæ debitoribus indulgentur.

Jurat debitor se non habere undè satisfaciatur, & ex futuris, si advenierint, satisfaciatur.

Hæres adeundus contrahit.

Curator dandus hæreditati, cum incertum est, an hæres extaturus sit.

Hæreditarium debitum est etiam id de quo cum defuncto agi non potuit.

Funeris impensa habet privilegium inter creditores.

Item causa dotis quamvis

Qui priorem creditorem dimisit, ei succedit.

Bonis cedens, antequàm veneant, ea servare potest, si se defendat.

Post cessionem distrahi non possunt à creditoribus, nisi in quantum facere debitor potest.

Cessio liberat ab omnibus creditoribus.

Non admittitur ad cessionem nisi confessus.

Non liberantur debito qui bonis cedunt, sed à carcere.

matrimonium  
secutum non  
fit.

ad privilegium admitti, licet nullum matrimonium contractum est. Idem puto dicendum, etiam si minor duodecim annis in domum quasi uxor deducta sit *d*; licet nondum uxor sit. Interest enim Reipublicæ, & hanc solidum consequi, ut ætate permittente nubere possit. l. 17. §. 1. & l. 18. V. l. 74. ff. de jur. dot.

*d* Pariter actio empti datur ad distrahendam emptionem. *Quatre droits au profit de la femme.* 1°. *Celui de cette Loi. 17. qu'on appelloit Privilegium actionis principalis quod locum habebat inter creditores chirographarios.* 2°. *L'hypothèque légale donnée par Justinien dans la Loi 30. C. de jure dotium.* 3°. *Celui de la Loi Affiduis. Cod. Qui potiores.* 4°. *Celui de l'authentique Res quæ communia de legatis. Quid dans ce cas la femme exercera-t-elle le privilège de l'authentique Res quæ Cod. communia de legatis? Oû cessante fraude.*

## IV.

Divus Marcus ita edixit, creditor qui ob restitutionem edificiorum crediderit, in pecuniâ quæ credita erit, privilegium exigendi habebit *e*. Quod ad eum quoque pertinet, qui redemptoris, domino mandante, pecuniam subministravit. l. 24. §. 1.

*e* L. 5. de rebus creditis. l. 1. de cessione bonorum.

*f* V. l. 1. in quibus causis pig. l. 1. de cessione bonorum.

## V.

In bonis mensularii vendendis *g*, post privilegia potiorum eorum causam esse placuit, qui pecunias apud mensam, fidem publicam secuti, deposuerunt. Sed enim qui depositis nummis usuras à mensulariis acceperunt, à cæteris creditoribus non separantur; & merito: aliud est enim credere, aliud deponere *h*. Si tamen nummi extent, vindicari eos posse puto à depositariis *i*; & futurum eum qui vindicat, ante privilegia. l. 24. §. 2. V. l. 7. §. 2. depof.

*g* Idem du Receveur des Consignations qui fait banqueroute. Dupier, l. 4. 4. *h* Hic versiculus si tamen refertur ad initium; nam si depositarius usuras semel accepit, perdit vindicationem, licet nummi extent; sed vindicatio datur ei tantum, cum nummi extent. *i* Qui enim usuras acceperunt, quasi renuntiaverant deposito. l. 7. §. 2. depositi vel contra.

## VI.

Eorum ratio prior est creditorum, quorum pecunia *l* ad creditores privilegiarios pervenit. Pervenisse autem quemadmodum accipimus, utrum si statim perfecta est ab inferioribus ad privilegiarios? an verò & si per debitoris personam? Hoc est, si antè ei numerata sit, & sic debitoris facta, creditori privilegiario numerata (est): quod quidem potest benigne dici; si modò non post aliquod intervallum id factum sit *m*. l. 24. §. 3. & §. 1. *n*.

*l* V. l. 11. §. ult. Qui potiores. *m* Apud nos nullum tempus definitum est, quod valde desideratur in Arrestis publicis curiæ ad hanc materiam. *n* V. l. 2. de cessione bonorum.

## VII.

Qui in navem extruendam *o*, vel instruendam credidit; vel etiam emendam, privilegium habet. l. 26.

*o* V. l. ult. de exercitatoria actione.

## VIII.

Fusidius refert statuas in publico positas, bonis distractis ejus cujus in honorem positæ sunt, non esse emptoris bonorum ejus. Sed aut publicas, si ornandi municipii causâ positæ sint, aut ejus cujus in honorem positæ sint *p*; & nullo modo eas detrahi posse. l. 29.

*p* Portraits. Sentence des Requêtes du Palais, qui fait main-levée à l'Abbé d'Hocquincourt des portraits de sa famille dans une saisie de meubles. V. l. 4. de acquirendo rerum dominio, & l. 6. in fine, de auro & argento.

## IX.

Privilegia non ex tempore æstimantur, sed ex causâ; & si ejusdem tituli fuerunt, concurrunt, licet diversitates temporis in his fuerint. l. 32. l. 7. §. ult. depositi.

## X.

Si pupillus ex contractu suo non defendatur, idèdque bona ejus creditores possidere cœperint, diminutio ex his bonis fieri debet, vescendi pupilli causâ *q*. l. 33.

*q* Provision aux parties saisies pendant la saisie réelle.

Pupillus, si non defendatur, in possessione credi-

toribus constitutis, minoribus ex his, usque ad pubertatem, alimenta præstanda sunt *r*. l. ult.

*r* L. 38. §. 1. Respublica creditrix omnibus chirographariis creditoribus præfertur. Nota civitatem non esse rempublicam. l. 26. §. 9. ex quibus causis majores. l. 16. de verborum significatione.

## TITULUS VI.

## De separationibus.

## I.

SCIENDUM est separationem solere impetrari decreto Prætoris *a*. Solet autem separatio permitti creditoribus ex his causis: ut putà, debitorem quis Seium habuit; hic decessit, hæres ejus extitit Titius; hic non est solvendo, patitur bonorum venditionem: creditores Seii dicunt bona Seii sufficere sibi: creditores Titii contentos esse debere bonis Titii: & sic quasi duorum fieri bonorum venditionem. Fieri enim potest, ut Seius quidem solvendo fuerit, potueritque (satis) creditoribus suis vel ita semel, & si non in assem, in aliquid tamen satisfacere: admittis autem commixtisque creditoribus Titii; minùs sunt consecuturi; quia ille non est solvendo; aut minùs consequantur, quia plures sunt. Hic est igitur æquissimum creditores Seii desiderantes separationem audiri, impetrareque à Prætoris, ut separatim quantum cujusque, creditoribus præstetur. l. 1. d. l. §. 1.

*a* Voyez le Prêtre, 1. 75. Bacquet, 2. des Droits de Justice, 21. 422. & suiv. les Loix Civiles.

Est jurisdictionis tenor promptissimus, indemnitasque remedium edicto Prætoris creditoribus hæreditariis demonstratum, ut quoties separationem bonorum postulant, causâ cognitâ impetrent. l. 2. C. de bon. auct. jud. possid.

## II.

Sciendum est, etiam si obligata res esse proponatur ab hærede jure pignoris vel hypothecæ, attamen si hæreditaria fuit, jure separationis hypothecario creditori potiorum esse eum qui separationem impetravit. b. l. 1. §. 3.

*b* Creditor defuncti chirographarius præfertur in re hæreditariâ creditori hypothecario hæredis.

## III.

Eriam adversus fiscum & municipes impetraretur separatio. l. 1. §. 4.

## IV.

Si primus secundum hæredem scripserit, secundus tertium, & tertii bona veneant *c*, qui creditores possint separationem impetrare? Et putem, si quidem primi creditores petant, utique audiendos & adversus secundi, & adversus tertii creditores. Si verò secundi creditores petant, adversus tertii utique eos impetrare posse. l. 1. §. 8.

*c* Pariter non fit confusio hæreditatum in personâ nec in hæreditate ejus, qui inventarium fecit. Scilicet recepta creditorum; secus recepta hæredum ejus; verbi gratiâ, si hæredes plurimum linearum apud nos relinquat.

## V.

Illud sciendum est, eos demùm creditores posse impetrare separationem, qui non novandi animo ab hærede stipulati sunt *d*. Cæterùm, si eum hoc animo secuti sunt, amiserunt separationis commodum. Quippè cum secuti sunt nomen hæredis, nec possunt jam se ab eo separare, qui quodammodò eum elegerunt. l. 1. §. 10. d. l. §. 11. & §. 15. V. l. 2. C. de bon. auct. jud. possid.

*d* L. 17. in fine. de rebus auctoritate judicis.

## VI.

Præterea sciendum est, postquam bona hæreditaria bonis hæredis mixta sunt, non posse impetrari separationem. Confusis enim bonis & unitis, separatio impetrari non poterit. Quid ergo, si prædia extent, vel mancipia, vel pecora, vel aliud quod separari potest? Hic utique poterit impetrari separatio. l. 1. §. 12.

Creditores defuncti, ejus bona separant à bonis hæredis.

Si hæres hypothecæ res hæreditarias subjecerit, non impediatur separatio.

Impetratur separatio & adversus fiscum.

In hæredes hæredum impetratur separatio.

Separationem amittit qui fidem hæredes secutus novavit.

Cessat separatio bonis confusis & unitis, non si distingui possint.

Depositum, si extet apud mensularium, ante privilegia recipietur: si non extet, cæteris post privilegia potiorum causam habebit.

Privilegium ei quaritur, cujus pecunia ad privilegiarium, vel per se, vel per debitorem pervenit.

Privilegium habet qui ad rem rescindendam credit.

Monumenta publica non distrahantur propter æs alienum.

In privilegiis non tempus, sed causa æstimatur.

Alimenta pupillo præstantur ex ejus bonis, si à creditoribus possideantur.

## VII.

que in fraudem eorum alienata sunt. l. 1. d. l. §. 1.

*Si debitor fidejussori successerit, separationem impetrare potest creditor.*

Debitor fidejussori hæres extitit, ejusque bona venierunt: quamvis obligatio fidejussionis extincta sit, nihilominus separatio impetrabitur, petente eo cui fidejussor fuerat obligatus; sive solus sit hæreditarius creditor, sive plures. Neque enim ratio juris e (quæ) causam fidejussionis propter principalem obligationem, quæ major fuit, exclusit, damno debet adficere creditorem, qui sibi diligenter prospexerat. Quid ergo, si bonis fidejussoris separatis, solidum ex hæreditate stipulator consequi non possit? Utrum portio cum cæteris hæredis creditoribus ei querenda erit, an contentus esse debebit bonis quæ separari maluit? Sed cum stipulator iste non aditâ fidejussoris à reo hæreditate bonis fidejussoris venditis, in residuum promisceri debitoris creditoribus potuerit, ratio non patitur eum in proposito summoveri. l. 3. d. l. §. 1.

*e Non debet eludi providentiâ creditoris qui fidejussorem accepit.*

## VIII.

*Pro debito conditionali peti potest separatio.*

Creditoribus quibus ex die, vel sub conditione debetur, & propter hoc nondum pecuniam petere possunt, æquè separatio dabitur. Quoniam & ipsis cautione communi consulitur. l. 4.

## IX.

*Legatarii separationem impetrare possunt.*

Quoties hæredis bona solvendo non sunt, non solum creditores testatoris, sed etiam eos quibus legatum fuerit impetrare bonorum separationem æquum est. Ita ut cum in creditoribus solidum acquisitum fuerit, legatariis vel solidum, vel portio queratur. l. 6.

## TITULUS VII.

## De curatore bonis dando.

## I.

*Curator bonis datur à JUDGE.*

DE curatore constituendo hoc jure utimur, ut Prætor adeatur, isque curatorem curatoresque constituat, ex consensu majoris partis creditorum. l. 2.

## II.

*A curatore gesta rata habentur.*

Quæ per eum eoque qui ita creatus creative essent, acta, facta, gestaque sunt, rata habebuntur; eisque actiones, & in eos utiles competunt. l. 2. §. 1.

## III.

*Si plures curatores eadem gerant, in solidum & agunt, & conveniuntur.*

Si plures autem constituentur curatores, Celsus ait, in solidum eos agere, & conveniri, non pro portionibus. Quod si per regiones fuerint constituti curatores, unus fortè rei Italicæ, alius in Provinciâ, puto regiones eos suas conservare debere. l. 2. §. 2.

Si plures ejusdem bonorum curatores facti sunt, in quem eorum vult actor in solidum ei datur actio, tamquam quivis eorum in solidum aget. l. 3.

## IV.

*Non creditor potest esse curator.*

Nec omnimodò creditorem esse oportet eum qui curator constituitur; sed possunt & non creditores a. l. 2. §. 4. b

*a La Loi 2. §. 3. dit: Queritur an invitus curator fieri potest, & Cassius scribit neminem invitum cogendum fieri bonorum curatorem; quod verius est, nisi ex magnâ necessitate & Imperatoris imperio. b V. l. 9. Quibus ex causis in possessionem eatur.*

## TITULUS VIII.

## Quæ in fraudem creditorum facta sunt, ut restituantur.

## I.

*Facta in fraudem creditorum revocantur.*

AI T Prætor, quæ fraudationis causâ gesta erunt, cum eo qui fraudem non ignoraverit, de his curatori bonorum, vel ei cui de eâ re actionem dare oportebit actionem dabo. Idque etiam adversus ipsum qui fraudem fecit servabo. Necessariò Prætor hoc edictum proposuit. Quo edicto consulit creditoribus, revocando ea quæcum-

## II.

Que fraudationis causâ gesta erunt. Hæc verba generalia sunt, & continent in se omnem omninò in fraudem factam vel alienationem, vel quemcumque contractum. Quodcumque igitur fraudis causâ factum est, videtur his verbis revocari, quaecumque fuerit. Nam latè ista verba patent: sive ergo rem alienavit, sive acceptilatione vel pacto aliquem liberavit, idem erit probandum. Et si pignora liberet, vel quem alium in fraudem creditorum præponat, vel ei præbuit exceptionem, sive se obligavit fraudandorum creditorum causâ, sive numeravit pecuniam, vel quodcumque aliud fecit in fraudem creditorum, palàm est edictum locum habere. l. 1. §. 2. l. 2. & l. 3. V. f. l. 9. §. 5. de jurej.

Omnes debitores qui in fraudem creditorum liberantur, per hanc actionem revocantur in pristinam obligationem. l. 17. h. t.

Hæc in factum actione non solum dominia revocantur, verum etiam actiones restaurantur. Ea propter competit hæc actio & adversus eos, quibus actio competit, ut actione cedant. Proinde si interposuerit quis personam Titii, ut ei fraudator res tradat, actione mandati cedere debet. l. 14. h. tit.

## III.

Gesta fraudationis causâ accipere debemus, non solum ea quæ contrahens gesserit aliquis, verum etiam si fortè datâ operâ ad iudicium non adfuit a, vel litem mori patiatur, vel à debitore non petit ut tempore liberetur, aut usumfructum vel servitutem amittit b. Et qui aliquid fecit, ut desinat habere quod habet, ad hoc edictum pertinet c. l. 3. §. 1. & 2.

*a V. l. 58. §. 1. de fidejussoribus. Défaut. Pèremption. Prescription. b Vel si exceptiones in iudicio non apponat, creditor potest eas ex ipsius personâ opponere. l. 15. C. de non numeratâ pecuniâ. c Dans les ordres on ne colloque point un créancier du jour de son contrat, quand après la prescription acquise, le Débiteur a reconnu la dette: on ne colloque que du jour de la nouvelle reconnaissance. Quid le créancier du créancier peut-il agir en déclaration d'hypothèque contre le tiers détenteur?*

## IV.

In fraudem facere videri etiam eum qui non facit quod debet facere, intelligendum est; id est, si non utatur servitutibus. Sed & si rem suam pro derelicto habuerit, ut quis eam suam faciat. l. 4. & 5.

*Item qui rem suam aut usucapi patitur, aut derelinquit lucri facturo.*

## V.

Apud Labeonem scriptum est, eum qui suum recipiat, nullam videri fraudem facere. Hoc est, eum, qui quod sibi debetur, receperat. Eum enim quem Præses invitum solvere cogat, impunè non solvere iniquum esse d. l. 16. §. 6.

*d V. l. ult. Depositi vel contrâ.*

Sciendum, Julianum scribere, eoque nos jure uti; ut qui debitam pecuniam recepit, antequàm bona debitoris possideantur, quamvis sciens prudensque solvendo non esse, recipiat, non timere hoc edictum; sibi enim vigilavit e. d. l. 6. §. 7.

*e V. l. 6. §. 2. de rebus auctoritate iudicis.*

Vigilavi, meliorem meam conditionem feci. Jus civile vigilantibus scriptum est. Ideò (quoque) non revocatur id quod percepit. l. 24. in f.

Alii creditores suæ negligentix expensum ferre debent. d. l. 24.

## VI.

Qui verò post bona possessa debitum suum recepit, hunc in portionem vocandum, exaquandamque cæteris creditoribus. Neque enim debuit præripere cæteris post bona possessa, cum jam par conditio omnium creditorum facta esset f. d. l. 6. §. 7.

*Post bona possessa quod unus creditorum sibi recepit, revocatur.*

*f Par une Déclaration du 18 Novembre 1702, les transports faits dans les dix jours précédens de la banqueroute sont frauduleux. Item, les obligations & les Sentences dans les dix jours n'emportent point d'hypothèque au préjudice des créanciers chirographaires.*

Si debitorem meum, & complurium creditorum consecutus essem fugientem, secum ferentem pecu-

niam *g*, & abstulisset ei id quod mihi debeatur, placet Juliani sententia dicentis, multum interesse, antequam in possessionem bonorum ejus creditores mittantur, hoc factum sit, an postea. Si antè, cessare in factum actionem; si postea, huic locum fore. l. 10. §. 16.

*g* Si calvitur pedemve struit manum eundo jacito.

## VII.

Hoc edictum eum coercet qui sciens eum in fraudem creditorum hoc facere, suscepit quod in fraudem creditorum fiebat. Quare si quid in fraudem creditorum factum sit, si tamen is qui cepit ignoravit, cessare videntur verba edicti. l. 6. §. 8.

## VIII.

Simili modo dicimus, & si cui donatum est, non esse quærendum an sciente eo cui donatum, gestum sit? sed hoc tantum an fraudentur creditores. Nec videtur injuriâ affici is qui ignoravit; cum lucrum extorquatur, non damnum infligatur. In hos tamen qui ignorant ab eo qui solvendo non sit liberalitatem acceperunt, hætenus actio erit danda, quatenus locupletiores facti sunt *h*: ultra non. l. 6. §. 11. V. l. 5. C. de revoc. his quæ in fraud. cred.

*h* Si lautius vixit & dilapidavit melioris est conditionis quam is qui servavit. V. l. 25. §. 2. de hæreditatis petitione.

## IX.

Si debitor in fraudem creditorum minore pretio fundum scienti emptori vendiderit; deinde hi, quibus de revocando eo actio datur, eum petant, quæsitum est, an pretium restituere debent *i*? Proculus existimat, omnimodò restituendum esse fundum, etiamsi pretium non solvatur. Et rescriptum est secundum Proculi sententiam. l. 7.

*i* Sed emptor saltem veniet in tributum ratione pretii soluti cum cæteris creditoribus. V. l. 10. §. 19. & 20.

Ex his colligi potest, ne quidem portionem emptori reddendam ex pretio. Possè tamen dici, eam rem apud arbitrum ex causâ animadvertendam, ut si nummi soluti in bonis extent, jubeat eos reddi; quia eâ ratione nemo fraudetur. l. 8.

## X.

Ita demum revocatur, quod fraudandorum creditorum causâ factum est, si eventum fraus habuit *l*; scilicet, si hi creditores, quorum fraudandorum causâ fecit, bona ipsius vendiderunt. Cæterum, si illos dimisit, quorum fraudandorum causâ fecit, & alios sortitus est, siquidem simpliciter dimissis prioribus, quos fraudare voluit, alios postea sortitus est, cessat revocatio. Si autem horum pecunia quos fraudare noluit *m*, priores dimisit, quos fraudare voluit, Marcellus dicit, revocationi locum fore. Secundum hanc distinctionem, & ab Imperatore Severo & Antonino rescriptum est. Eoque jure utimur. l. 10. §. 1.

*l* L. 3. §. 2. de jure fisci. *m* Quid faut-il ici observer les formalités de la stipulation & de la subrogation?

Utrumque in eorundem personam exigimus, & consilium & eventum. l. 15.

Consilium fraudis & eventus damni. l. 1. C. qui man. n. poss.

## XI.

Quod ait Prætor *sciens*, sic accipimus te conscio & fraudem participante. Non enim si simpliciter Seio, illum creditores habere, hoc sufficit ad contendendum teneri eum in factum actione; sed si particeps fraudis est. l. 10. §. 2.

Aliàs autem qui scit aliquem creditores habere, si cum eo contrahat simpliciter, sine fraudis conscientia, non videri hæc actione teneri. d. l. §. 4.

## XII.

Ait Prætor, *sciens*, id est, eo qui convenietur hæc actione. Quid ergo si fortè tutor pupilli sit, ipse pupillus ignoravit? Videamus, an actioni locus sit, ut scientia tutoris noceat. Idem & in curatore furiosi & adolescentis? Et putem hætenus illis nocere conscientiam tutorum, sive curatorum, quatenus quid ad eos pervenit. l. 10. §. 5. l. 198. de re judicata.

Qui scit fraudatorem habere conditores, non idè est particeps fraudis.

Tutore conscio fraudis minor inscius tenetur quatenus ad eum pervenit.

## XIII.

Si cum in diem mihi deberetur, fraudator præsens solverit, dicendum erit (quod) in eo quod sensu commodum in representatione *n*, in factum actioni locum fore. Nam Prætor fraudem intelligit etiam in tempore fieri o. l. 10. §. 12. *p*

*n* V. l. 1. §. 10. ad legem falcidiam. *o* Tempore enim plus solvitur sicut & minus. l. 12. §. 1. de verborum significatione. V. l. 10. 17. 18. de conditione indebiti.

*p* V. l. 17. §. 2. infra.

## XIV.

Si cum mulier fraudandorum creditorum consilium inisset, marito suo eidemque debitori in fraudem creditorum acceptum debitum fecerit, dotis constituendæ causâ; locum habet hæc actio. Et per hanc omnis pecunia quam maritus debuerat, exigitur. Nec mulier de dote habet actionem. Neque enim dos in fraudem creditorum constituenda est. Et hoc certo certius est *q* & sæpissimè constitutum. l. 10. §. 14. l. 2. C. de revoc. his quæ in fr. cred.

*q* Nota discrimen. Quando mulier ipsa dotem dat, eripitur marito, licet maritus non fuerit fraudis particeps. Si verò dos ab alterâ data sit, non auferitur marito, nisi fuerit fraudis conscius maritus.

Si à socero fraudatore sciens gener accepit dotem, tenebitur hæc actione. l. 25. §. 1.

In maritum qui ignoravit non dandam actionem, non magis quam in creditorem qui à fraudatore quod ei deberetur acceperit *r*. Cum is indotatam uxorem ducturus non fuerit *s*. d. §. in f.

*r* V. l. 72. de jure dotium, quæ ait: Mulier bona sua omnia in dotem dedit. Quæro an maritus quasi hæres oneribus respondere cogatur. Paulus respondit eum quidem qui tota ex repromissione dotis bona mulieris retinuit; à creditoribus conveniri ejus non posse, sed non plus esse in promissione bonorum quam quod supererit deducto ære alieno. Nota. Licet maritus tota uxoris bona retinet post mortem ejus, tamen non tenetur actione principali proprio nomine, quia non est hæres; sed in rem tenetur; & cogitur restituere quod lucratus erat morte uxoris.

*s* L. 25. §. 1. ait: Quia maritus indotatam uxorem ducturus non fuisset. Dicitur in l. 19. de obligationibus & actionibus, dotem esse titulum onerosum.

## XV.

Si debitorem meum & complurium creditorum consecutus essem fugientem, secum ferentem pecuniam, & abstulisset ei id quod mihi debeatur; placet Juliani sententia dicentis, multum interesse antequam in possessionem bonorum ejus creditores mittantur, hoc factum sit, an postea; si antè, cessare in factum actionem; si postea, huic locum fore. l. 10. §. 16. V. §. 7. & n. 6. supra.

## XVI.

Per hanc actionem res restitui debet cum suâ scilicet causâ, & fructus non tantum qui percepti sunt, verum etiam hi qui percipi potuerunt à fraudatore veniunt. Sed cum aliquo modo, scilicet, ut sumptus facti deducantur *t*. Nam arbitrio judicis non prius cogendus est rem restituere, quam si impensas necessarias consequatur. l. 10. §. 19. & 20.

*t* Pariter emptor non deberet restituere rem, nisi recepto pretio. V. supra. l. 7. 8.

## XVII.

Præterea generaliter sciendum est, ex hæc actione restitutionem fieri oportere in pristinum statum, sive res fuerunt, sive obligationes: ut perinde omnia revocentur, ac si liberatio facta non esset *u*. Propter quod etiam medii temporis commodum, quod quis consequeretur liberatione non factâ, præstandum erit. l. 10. §. 22.

*u* Quid du donataire qui est de bonne foi, rendra-t-il les fruits? Satius est eum non lucrari licet titulum habeat à vero domino cum bonâ fide, quam creditores in damno versari. V. supra, n. 8. sed fructus dantur pro culturâ & curâ, quia publici interest fundos non remanere incultos.

## XVIII.

Hæc actio etiam in ipsum fraudatorem datur. Licet Mela non putabat in fraudatorem eam dandam: quia nulla actio in eum ex antegesto, post bonorum venditionem daretur; & iniquum esset actionem dari

Fit fraus in representatione debiti in diem.

Dos in fraudem creditorum constituta revocatur à marito conscio fraudis, non ab inscio.

Qui debitori fugienti pecuniam sibi debitam aufert, antequam is bonis cesserit, non restituit.

In hoc judicio veniunt fructus, deductis impensis.

Omnia in integrum restituenda.

Datur pœnalis actio in fraudatorem.



dari in eum cui bona ablata essent. Si verò quædam disperdidisset, si nullâ restitutione recuperari possent, nihilominus actio in eum dabitur. Et prætor non tantum emolumentum actionis intueri videtur in eo qui exutus est bonis, quam pœnam x. l. ult. §. ult.

x Gotofr. ait debitorem fraudatorem in carcerem conjici posse, nec posse bonis cedere.

## LIBER XLIII.

## TITULUS I.

*De interdictis, sive extraordinariis actionibus quæ pro his competunt.*

## I.

**I**NTERDICTORUM tres species sunt; exhibitoria, prohibitoria, restitutoria. l. 1. §. 1. V. l. 1. inst. h. t.

## II.

Interdicta omnia licet in rem videantur concepta, vi tamen ipsâ personalia sunt. l. 1. §. 3.

## III.

Interdicta quæ ad rem familiarem spectant, aut apiscendæ sunt possessionis, aut recuperandæ, aut retinendæ. l. 2. §. 3.

## IV.

In interdictis exindè ratio habetur fructuum ex quo edicta sunt, non retrò. l. 3. V. l. 1. §. 40 de vi & vi armata.

## V.

Cùm proponas radicibus arborum in vicinâ Agathangeli areâ positis crescentibus, fundamentis domus tuæ periculum afferri, præses rem ad suam æquitatem rediget. l. 1. C. de interdict.

## TITULUS II. Quorum bonorum.

## TITULUS III.

## Quod legatorum.

## I.

**N**EQVE ususfructus, neque usus possidetur, sed magis tenetur. l. 1. §. 8.

## II.

Quod quis legatorum nomine non ex voluntate hæredis occupavit, id restituat hæredi. Etenim æquissimum prætori visum est, unumquemque non sibi ipsum jus dicere occupatis legatis a, sed ab hærede petere. l. 1. §. 2.

a Atqui legatum restâ viâ transit à testatore in legatarium si sit per vindicationem. Item fructus ei debentur. l. 64. De usuris. l. 40. De acquirendo rerum dominio. l. 43. De furtis.

## TITULUS IV.

*Ne vis fiat ei qui in possessionem missus erit.*

## I.

**E**XTRA ordinem prætor jure suæ potestatis exequitur decretum suum, nonnunquam etiam per manum militarem a. l. 3.

a V. 68. De rei vindicatione.

## TITULUS V. De Tabulis exhibendis.

## TITULUS VI.

*Ne quid in loco sacro fiat.*

## I.

**I**N muris itemque portis & aliis sanctis locis aliquid facere ex quo damnum aut incommodum irrogetur, non permittitur. l. 2.

Nihil in loco sacro faciendum quod nocet.

Neque muri, neque portæ habitari, sine permisso principis, propter fortuita incendia possunt. l. ult.

Inhabitare muros & portas non licet propter incendia.

## TITULUS VII.

*De locis & itineribus publicis.*

## I.

**V**IÆ vicinales, quæ ex agris privatorum collatis factæ sunt, quarum memoria non extat a, publicarum viarum numero sunt. Sed inter eas & cæteras vias militares hoc interest, quod viæ militares exitum ad mare, aut in urbes, aut in flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent: harum autem vicinalium viarum dissimilis conditio est; nam pars earum in militares vias exitum habent, pars sine ullo exitu intermoriuntur. l. 3. d. l. §. 1.

a V. l. 2. §. tit. seq.

Via vicinalis antiqua pro publicâ habetur.

## TITULUS VIII.

*Ne quid in loco publico vel itinere fiat.*

## I.

**T**AM publicis utilitatibus, quàm privatorum per hoc (interdictam) prospicitur. Loca enim publica utique privatorum usibus deserviunt, jure scilicet civitatis a, non quasi propria cujusque. Et tantum juris habemus ad obtinendum, quantum quilibet ex populo ad prohibendum. Propter quod, si (quod) fortè opus in publico fiet, quod ad privati damnum redundet, prohibitorio interdicto potest conveniri, propter quam rem hoc interdictum propositum est. l. 2. §. 2.

Loca publica privatis serviunt.

a Sed jus prohibendi, fortius est jure faciendi. l. 28. Comuni dividendo. l. 11. Si servitus vindicetur.

## II.

(Si quis) in campo publico ludere, vel in publico balineo lavare, aut in Theatro spectare arceatur, in omnibus his casibus injuriarum actione utendum est. l. 2. §. 9.

## III.

Quoties aliquid in publico fieri permittitur, ita oportet permitti, ut sine injuriâ cujusquam fiat, ita solet princeps, quoties aliud novi operis instituendum petitur, permittere. l. 2. §. 10.

Si quis à principe simpliciter impetraverit, ut in publico loco ædificet, non esse credendus sic ædificare, ut cum incommodo alicujus id fiat: neque sic conceditur, nisi fortè quis hoc impetraverit b. l. 2. §. 16.

b Le Prince a deux sortes de puissance, la puissance ordinaire & la puissance absolue.

## IV.

Si quis nemine prohibente in publico ædificaverit, non esse eum cogendum tollere, ne ruinis urbs deformetur, & quia prohibitorium est interdictum, non restitutorium. Si tamen obstat id ædificium publico usui, utique is qui operibus publicis procurat c, debet id deponere: aut si non obstat, solarium ei imponere. Vestigal enim hoc sic appellatur solarium, eò quod pro solo pendatur d. l. 2. §. 17.

Etiam temerè in publico ædificatum, non temerè deponitur, nisi nocet, sed solarium imponitur.

c Le grand voyer. d L. 31. De pignoribus. l. 15. Qui potiores.

## V.

Via privata solum alienum est c, jus tantum eundem (&) agendi nobis competit. Viæ autem publicæ solum publicum est, relictum ad directum certis finibus latitudinis, ab eo qui jus publicandi habuit, ut eâ publicè iretur, commearetur. l. 2. §. 21.

Via publicæ solum publicum est, non privata.

e Refectio tantum viæ privatae eum spectat ad quem pertinet via privata; non eum cujus forum est.

## VI.

*Viarum tres species, publicæ, vicinales, privatae.*

Viarum quædam publicæ sunt, quædam privatæ, quædam vicinales *f. l. 2. §. 22. g.*

*f* Publicas vias dicimus quas Græci *βασίλειους*, id est, regias, nostri prætorias, alii consulares appellant. Privatæ quas agrarias quidam dicunt. Vicinales quæ in vicis sunt, vel quæ in vicos ducunt. Has quoque publicas esse quidam dicunt. *Ibid.*  
*g V. l. 3. De locis & itineribus.*

TITULUS IX. *De loco publico fruendo.*

## TITULUS X.

*De viâ publicâ, & si quid in eâ factum esse dicatur.*

## I.

**Æ**DILES studeant, ut quæ secundum civitatem sunt viæ, adæquentur: & effluxiones non noceant domibus: & pontes fiant ubicunque oportet. *l. un.*

## II.

Studeant enim ne eorum, aut aliorum parietes, etiam domorum qui ad viam ducunt, sint caduci. Sed ut oportet emundent domini domorum, & construant. Sin autem non emundaverint, neque construxerint, multent eos quousque firmos effecerint. *d. l. §. 1.*

## III.

Construat vias publicas unusquisque secundum propriam domum *a*: & aquæ ductus purget qui sub dio sunt, id est cælo libero, & construat ita, ut non prohibeatur vehiculum transire. *d. l. §. 3.*

*a Arrêt dans M. le Prêtre, qui juge que le haut-justicier doit le premier pavé.*

## IV.

Quicumque mercede habitant, si non construat dominus, ipsi construentes computent dispendium in mercedem *b d. l. unic. §. 3. in f.*

*b Le propriétaire est tenu des charges publiques, si l'on saisit entre les mains du locataire, il l'impute sur les loyers.*

## V.

Studeant (ædiles) ut ante officinas nihil projectum sit, vel propositum, præterquam si fullo vestimenta siccet, aut faber currus exterius ponat. Ponant autem & hi, ut non prohibeant vehiculum ire. *d. l. §. 4.*

## VI.

Non permittitur autem rixari in viis, neque stercorea projicere, neque morticina, neque pelles jacere. *d. l. §. ult.*

TITULUS XI. *De viâ publicâ & itinere publico reficiendo.*

## TITULUS XII.

*De fluminibus, ne quid in flumine publico ripæve ejus fiat, quo pejus navigetur\*.*

\* *La loi 1. §. 6. dit: Si insula in publico flumine fuerit nata, aut occupantis est, si agri fuerint limitati, aut ejus cujus ripam contingit, aut si in medio alveo nata est, eorum est qui propè utrasque ripas possident. V. l. 16. De acquirendo rerum dominio. Quam non servamus. Duperier. l. 2. q. 3.*

## I.

**F**LUMINA publica quæ fiunt, ripæque eorum, publicæ sunt. Ripa ea putatur esse quæ plenissimum flumen continet. *l. 3. d. l. §. 1. V. l. 99 & 112. de verborum significatione.*

## II.

Quæsitum est an is qui in utrâque ripâ fluminis publici domus habeat, pontem privati juris facere potest; respondit non posse. *l. ult.*

*Ripa publici fluminis publicata est.*

*Cujus fundos flumen dividit, ponte eos jungere non potest.*

## TITULUS XIII.

*Ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat, atque uti priore æstate fluxit.*

## I.

**A**IT prætor, in flumine publico, inve ripâ ejus facere aut in id flumen ripamve ejus immittere, quo aliter aqua fluat, quàm priore æstate fluxit, veto. *l. 1.*

Si quod vitii accolæ ex facto ejus qui convenitur, sentient, interdicto locus erit. *d. l. §. 3. in f.*

Oportet enim in hujusmodi rebus utilitatem & tutelam facientis spectari, sine injuriâ accolarum. *d. l. §. 7. in f.*

## II.

Æstas ad æquinoxium autumnale refertur. *l. un. §. 8. V. inf. de aquâ quotid. & æst. l. 1. §. 32.*

*In flumine publico nihil novandum unde accolis noceatur.*

*Æstatis æstivatio.*

TITULUS XIV. *Ut in flumine publico navigare liceat.*

TITULUS XV. *De ripâ muniendâ.*

## TITULUS XVI.

*De vi, & de vi armatâ.*

## I.

**H**OC interdum proponitur ei qui vi dejectus est. Etenim fuit æquissimum vi dejecto subvenire. Propter quod ad recuperandam possessionem interdictum hoc proponitur. Ne quid autem per vim admittatur, etiam legibus Juliis prospicitur publicorum, & privatorum, necnon, & constitutionibus principum. *l. 1. §. 1 & 2.*

## II.

Qui vi dejectus est, quidquid damni senserit ob hoc quod dejectus est, recuperare debet: pristinâ enim causâ restitui debet *a*, quam habiturus erat, si non fuisset dejectus. *l. 1. §. 31. b.*

*a Restituitur ergò interruptio possessionis ad usucapionem tempus quo quis possessione privatus est. Vide quæ dixi ad titulum de acquirendâ vel amittendâ possessione n. 8.*

*b V. l. 1. Quod vi & damno, l. 15. §. 7. eod.*

## III.

Ex die quo quis dejectus est, fructuum ratio habetur: quamvis in cæteris interdictis, ex quo edita sunt, non retrò computantur *c*. Idem est & in rebus mobilibus, quæ ibi erant. Nam & earum fructus computandi sunt, ex quo quis vi dejectus est. *l. 1. §. 40.*

*c V. l. 3. de interdictis.*

Si de possessione vi dejectus es, eum & lege Juliâ vis privatæ reum postulare, & ad instar interdicti *unde vi*, convenire potes, quo reum causam omnem præstare oportet: in quâ fructus etiam quos vetus possessor percipere potuit, non tantum quo prædo percepit, venire non ambigitur. *l. 4. C. unde vi.*

## IV.

In interdicto *unde vi*, tanti condemnatio facienda est, quanti interfit possidere: & hoc jure nos uti Pomponius scribit *d*. Id est, tanti rem videri, quanti actoris interfit. *l. 6.*

*d L. ult. de verborum significatione.*

## V.

Fulcinius dicebat, vi possideri quoties vel non dominus, cum tamen possideret, vi dejectus est *e*. *l. 8.*

*e Lex 13. Quod metûs causâ.*

*Omnis vis illicita.*

*Vi dejecto damnum omnino sarcendum.*

*Fructus restituendi ex quo quis dejectus est, quos potuisse percipere.*

*In hoc interdicto venit quod interest.*

*Hoc interdictum omni possessori competit, etiam non domino.*

TITULUS

*b* ad fundum fecit, usus videtur itinere: vel actu, vel viâ, & idcirco interdictum habebit. l. 1. §. 7.

*& hospitem & alios possidemus.*

## TITULUS XVII.

## Uti possidetis.

## I.

**A**IT prætor, uti eas ades de quibus agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero possidetis, quominus ita possideatis vim fieri veto. l. 1.

## II.

Hujus interdicti proponendi causa hæc fuit, quod separata esse debet possessio à proprietate: fieri etenim potest ut alter possessor sit, dominus non sit; alter dominus quidem sit, possessor verò non sit: fieri potest ut & possessor idem, & dominus sit. l. 1. §. 2.

## III.

Inter litigatores ergo quoties est proprietatis controversia, aut convenit inter litigatores uter possessor sit, uter petitor, aut non convenit. Si convenit, absolutum est; ille possessoris commodo, quem convenit possidere, ille petitoris onere fungetur. Sed si inter ipsos contendatur uter possideat, quia alteruter se magis possidere adfirmat, tunc si res soli sit, in cujus possessione contenditur, ad hoc interdictum remittentur. l. 1. §. 3.

Incerti juris non est, ortâ proprietatis & possessionis lite, prius possessionis decidi oportere quæstionem. l. 3. C. de iaterd. a.

a V. tit. C. De ordine cognitionum.

## IV.

Omnis de possessione controversia aut eò pertinet ut quod non possidemus nobis restituatur, aut ad hoc ut nobis retinere liceat quod possidemus. l. 1. §. 4.

## V.

Perpetuo autem hoc interdicto insunt hæc, quod nec vi, nec clam, nec precario, ab illo possides. l. 1. §. 5.

Quod ait prætor in interdicto nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero possidetis, hoc eò pertinet, ut si quis possidet vi, aut clam, aut precario, si quidem ab alio, profit ei possessio: si verò ab adversario suo *b*, non debeat eum, propter hoc quòd ab eo possidet, vincere: has enim possessiones non debere possidere palam est. l. 1. §. ult.

*b* Unusquisque actionem suam subire debet, fiduciâ juris sui; non defectu juris alieni.

Iusta an injusta adversus cæteros possessio sit, in hoc interdicto nihil refert: qualiscumque enim possessor, hoc ipso quod possessor est, plus juris habet, quàm ille qui non possidet. l. 2.

## VI.

Hoc interdictum duplex est: & hi quibus competit & actores, & rei sunt. l. 3. §. 1.

## TITULUS XVIII. De superficiebus.

## TITULUS XIX.

## De itinere, actuque privato.

## I.

**H**oc interdicto prætor non inquit utrum habuit jure servitutem impositam, an non, sed hoc tantum an itinere actuque hoc anno usus sit non vi, non clam, non precario *a*. Et tuetur eum, licet eò tempore, quo interdictum redditur, usus non sit. l. 1. §. 2.

a A Paris point de complainte pour les servitudes. Il n'y en a point sans titre, & la possession ne suffit pas.

Annum ex die interdicti retrorsum computare debemus. l. 1. §. 3. V. l. 2. C. unde vi.

## II.

In cujus colonus, aut hospes, aut quis alius iter

TOME II.

## III.

Si ego tibi fundum precario dederò cui via debebatur, & tu rogaveris, precario, ut eâ viâ utaris nihilo minus utile interdictum mihi esse. l. 1. §. 11.

Quoties enim colonus meus, aut is cui precario fundum dedi viâ utitur, ego ire intelligor, propter quod & rectè dico me itinere usum *c*. d. §. 11. Non enim opinio tua, sed mea quærenda est. d. §. 11.

c Opinio domini non coloni inquiritur.

## IV.

Si quis supradicto tempore anni non vi, non clam, non precario itinere usus sit, verum postea non sit usus, sed clam precariove, videndum est, an ei noceat; & magis est ut nihil ei noceat quod attinet ad interdictum. Nec enim corrumpi aut mutari quod rectè transactum est, superveniente delicto, potest *d*. l. 1. §. ult. l. 2.

d Delictum superveniens non corrumpit quod rectè antea gestum est, aut potius initium possessionis spectatur.

Sicut non nocet ei qui sine vitio usus est, quòd eodem anno vitiose usus est, ita emptori, hæredique non nocebit, quòd ipsi vitiose usi sunt, si testator, venditorve rectè usi sunt. l. 6.

## V.

Reficere sic accipimus, ad pristinam formam iter & actum reducere; hoc est, ne quis dilatat, aut producat, aut deprimat, aut exaggeret: & aliud est enim reficere, longè aliud facere. l. 3. §. 15.

## VI.

Si quis servitutem jure impositam non habeat, habeat autem velut longæ possessionis prærogativam *e*, ex eo quod diu usus est servitute, interdicto hoc uti potest. l. 5. §. 3. V. l. 10. ff. si serv. vind. l. 1. C. de servit. l. 2. Cod. eod. V. tit. seq. l. 3. §. 4.

e V. contra l'art. 186 de Paris.

## TITULUS XX.

## De aquâ cottidianâ, &amp; æstivâ.

## I.

**Æ**STATEM incipere sic peritiores tradiderunt ab æquinoxio verno *a*, & finiri æquinoctio autumnali. Et ita senis mensibus æstas, atque hiems dividitur. l. 1. §. 32. V. l. ne quid in flum. publ. l. 1. §. 8.

a Deux saisons, six mois d'été & six mois d'hiver.

## II.

Si diurnarum aut nocturnarum horarum aquæductum habeam, non possum aliâ horâ ducere, quàm quâ jus habeam ducendi. l. 2.

## III.

Hoc jure utimur, ut etiam non ad irrigandum, sed pecoris causâ, vel amenitatis aqua duci possit. l. 3.

## IV.

Ductus aquæ cujus origo memoriam excessit, jure constituti loco habetur *b*. l. 3. §. 4. V. l. Tit. prox. l. 5. §. 3.

b Minuendarum litium causâ vetustas pro lege habetur. l. 2. De aquâ & aquæ pluvix.

## TITULUS XXI.

## De rivis.

## I.

**S**I quis novum canalem, vel fistulas in rivò velit collocare, cum id nunquam habuerit, utile ei hoc interdictum futurum, Labeo ait. Nos & hic opinamur.

Cui servituti debetur, comodiorem sibi

a a

Tuendus qui possidet nec vi, nec clam, nec precario.

Aliud possessio, aliud dominium, inde interdicta possessoria.

Vel de dominio, vel de possessione contenditur: si de utroque prius de possessione agendum.

Aut ad retinendam possessionem, aut ad restituendam agitur.

Possessor est qui nec vi, nec clam, nec precario ab adversario possidet, licet injustè possideat adversus cæteros.

In hoc interdicto uterque actor & reus.

Possessorem facit annipossessio ante interdictum.

Per colonum

mur utilitatem ejus qui ducit, sine incommoditate a ejus cujus ager est, spectandam. l. 3. §. 2.

*a* V. l. 1. §. 4. & §. 11. De aquâ & aquæ pluviz.

## TITULUS XXII. De fonte.

## TITULUS XXIII. De cloacis.

## TITULUS XXIV.

## Quod vi aut clam.

## I.

**P**RÆTOR ait, Quod vi aut clam factum est, quâ de re agitur, id cum experiendi potestas est, restituas. Hoc interdictum restitutorium est: & per hoc occursum est calliditati eorum qui vi aut clam quædam moluntur; jubentur enim ea restituere. Et parvi refert utrum jus habuerit faciendi, an non *a*. Sive enim jus habuit, sive non, tamen tenetur interdicto, propter quod vi aut clam fecit, tueri enim jus suum debuit, non injuriam comminisci *b*. l. 1. d. l. §. 1. & 2.

*a* Lex 13. Quod metûs causâ.

*b* L. 1. §. 31. de vi & vi armata.

## II.

Vi factum videri, Quintus Mucius scripsit, si quis contra quàm prohiberetur fecerit: & mihi videtur plena esse Quinti Mucii definitio. l. 1. §. 5.

Sed & si contra testationem, denuntiationemque fecerit *c*, idem esse Cassellius & Trebatius putant. Quod verum est. l. 1. §. 7.

*c* Supposé qu'on ait droit d'empêcher.

## III.

Clam facere videri Cassius scribit, eum qui celavit adversarium, neque ei denunciavit, si modò timuit ejus controversiam, aut debuit timere. Idem Aristo putat, eum quoque clam facere qui celandi animo habet eum quem prohibeturum se intellexerit; & id existimat, aut existimare debet se prohibeturum iri. l. 3. §. pen. & ult.

## IV.

Si alius fecerit me invito, tenebor ad hoc ut patientiam præstem. l. 7.

## V.

Est & alia exceptio de quâ Celsus dubitat an sit obijcienda: ut putat, si incendii arcendi causâ, vicini ædes intercedi *d*, & quòd vi aut clam mecum agatur, aut damni injuriâ. Gallus enim dubitat, an excipi oporteret, quod incendii defendendi causâ factum non sit. Servius autem ait, si id Magistratus fecisset, dandam esse; privato non esse idem concedendum. Si tamen quid vi, aut clam factum sit, neque ignis usque eò pervenisset, simpli litem æstimandam; si pervenisset absolvi eum oportere. l. 7. §. 4. V. f. ad leg. aquil. l. 49. §. 1. l. 3. §. 7. de incendio.

*d* C'est un cas où la multitude a droit de décider en l'absence du juge, & où le peuple a le pouvoir souverain entre les mains.

## VI.

Ad quædam quæ non habent atrocitatem facinoris vel sceleris *e* ignoscitur servis, si vel dominis, vel his qui vice dominorum sunt, obtemperaverint. l. 11 §. 7.

*e* Lex 15. de re judicatâ.

## VII.

Hæreditas dõminæ locum obtinet *f*. l. 13. §. 5. in *f*.

*f* Hæreditas acquirit usucapionem aut certè implet.

## VIII.

Opus quod à pluribus pro indiviso factum est, singulos in solidum obligat. l. 15. §. 2.

## IX.

Hoc interdicto tanti lis æstimatur, quanti actoris interest id opus factum esse; officio autem judicis ita oportere fieri restitutionem judicandum est, ut in omni causâ eadem conditio sit actoris *g* quæ futura esset, si

*g* Lex 1. §. 31. De vi & vi armata.

## DE GLANDE LEGENDA.

id opus, de quo actum est, neque vi, neque clam factum esset. l. 15. §. 7.

## TITULUS XXV. De remissionibus.

## TITULUS XXVI.

## De precario.

## I.

**P**RECARIUM est quod precibus petenti utendum conceditur (tamdiu) quandiu is qui concessit patitur. l. 1.

## II.

Distat (precarium) à donatione, eo quòd qui donat, sic dat ne recipiat: ac qui precario concedit, sic dat quasi tunc recepturus, cum sibi liberit precarium solvere. l. 1. §. 2.

## III.

Est simile (precarium) commodato. Nam & qui commodat, rem sic commodat, ut non faciat rem accipientis, sed ut ei uti re commodatâ permitrat. l. 1. §. 3.

## IV.

Habere precariò videtur qui possessionem vel corporis, vel juris adeptus est, ex hac solummodo causâ, quòd preces adhibuit, & impetravit ut sibi possidere, aut uti liceat. Veluti si me precariò rogaveris, ut per fundum meum ire vel agere tibi liceat, velut in tectum, vel in aream ædium mearum stillicidium, vel tignum in parietem immisum habeas. In rebus etiam mobilibus precarii rogatio constitit. l. 2. §. 3. l. 3. & l. 4.

## V.

Cum precariò aliquid datur, si convenit, ut in calendaris Julias precariò possideat, numquid exceptione adjuvandus est, ne ante ei possessio auferatur? sed nulla vis est hujus conventionis, ut rem alienam domino invito possidere liceat. l. 12 V. l. 17. §. 3. ff. commod.

## VI.

Eum qui precariò rogavit, ut sibi possidere liceat, nancisci possessionem non est dubium. An is quoque possideat, qui rogatus sit, dubitatum est. Placet autem penès utrumque esse eum hominem qui precariò datus esset: penès eum qui rogasset, quâ possederat corpore: penès dominum, quia non discesserit animo possessione. l. 15. §. 4.

## VII.

Duo in solidum precariò habere non magis possunt, quàm duo in solidum vi possidere, aut clam. Nam neque justæ, neque injustæ possessiones duæ concurrere possunt. l. 19. V. l. 3. §. 5. l. 3. §. 5. de acquirendâ vel amittendâ possessione.

## TITULUS XXVII. De arboribus cadendis.

## TITULUS XXVIII.

## De glande legendâ.

## I.

**A**IT prætor, glandem quæ ex illius agro in tuum cadat quominus illi tertio quoque die legere, auferre liceat, vim fieri veto. Glandis nomine omnes fructus continentur *a*. l. un d. l. §. 1.

*a* Modo arbor nec radices nec ramos agat in tuum fundum: verum etsi radicibus, arbor vicini alitur, tamen ejus est in cuius jus fundo origo ejus fuerit. l. 6 in fine. Arborum furtim cæsarum, V. suprâ de interdicitis. n. ult.

## TITULUS XXIX. De homine libero exhibendo.



Precarium est quod precandi utendum conceditur.

Qui precario concedit, dat recepturus, non qui donat.

Simile commodato precarium.

Precario conceduntur im-mobilia & mobilia.

Precario datum ad tempus dominus auferre potest ante tempus.

Possidet & qui precariò rogavit, & qui dedit: ille corpore, hic animo.

Duo in solidum possidere non possunt.

Fructus in alieno cadentes legere licet.

cum facere potest, dum ne domino fundi fiat durior.

Quod vi aut clam quis fecerit restituendum, etsi jus habeat.

Vi fit quod contra prohibitionem, vel denuntiationem quis fecerit.

Clam facit qui eum celat, quem prohibeturum existimare debet.

Quod me invito alius fecit, non ipse tollam, sed tolli patiar. Intercidere licet vicinas ædes propter incendium.

Minus delictum est ejus qui domino vel ei qui fuit vice domini obtemperavit.

Hæreditas pro domina est.

Plurium opus singulos obligat in solidum.

Omne quod interest, & omnis causa restituenda.

## TITULUS XXX.

## De liberis exhibendis, item ducendis.

## I.

**I**NTERDUM magis ( apud matrem *a* ) quam apud patrem morari filius debet ex justissima scilicet causa. l. 1. §. 3. l. 3. §. 5. V. f. de divort. n. 2.

*a* Vide Titulum, ubi pupillus educari & morari debet.

## II.

Certo jure utimur, ne bene concordantia matrimonia jure patriæ potestatis turbentur. Quod tamen sic erit adhibendum, ut patri persuadetur *b* ne acerbè patriam potestatem exercent *c*. l. 1. §. ult. in f. l. 3. §. 5. in f.

*b* Nota leges suasorias & hortatorias vanas & inutiles esse, & nullam vim obrinere: frustra est lex quæ prohibet & non punit. Hobbes, de Cive 14. 7. sed omni legi pœna appensa intelligitur. Idem. 8. *c* Patria enim potestas in pietate non in atrocitate consistit. l. 5. De lege Pompeiæ de parricidiis.

## TITULUS XXXI. De utrobi.

## TITULUS XXXII. De migrando.

## LIBER XLIV.

## TITULUS I.

## De exceptionibus, præscriptionibus &amp; præjudiciis.

## I.

**R**EUS in exceptione actor est. l. 1.

## II.

Exceptio dicta est, quasi quædam exclusio quæ ( inter ) opponi actioni cujusque rei solet, ad eludendum id quod in intentionem, condemnationemve deductum est. l. 2.

## III.

Replicationes nihil aliud sunt quam exceptiones, & à parte actoris veniunt: quæ quidem idè necessaria sunt, ut exceptiones excludant. Semper enim replicatio idcirco objicitur, ut exceptionem oppugnet. l. 2. §. 1.

## IV.

Sed & contra replicationem solet dari triplicatio, & contra triplicationem rursus; & deinceps multiplicantur nomina, dum aut reus aut actor objicit. l. 2. §. 3.

## V.

Solemus dicere quasdam exceptiones esse dilatorias, quasdam peremptorias: ut putà dilatoria est exceptio quæ differt actionem, veluti procuratoria exceptio dilatoria est: nam qui dicit non licere procuratorio nomine agi non profus litem inficiatur, sed personam evitat. l. 2. §. 4.

## VI.

Exceptiones aut perpetuæ & peremptoriæ sunt, aut temporales & dilatoriæ. Perpetuæ atque peremptoriæ sunt quæ semper locum habent, nec evitari possunt, qualis est doli mali, rei judicatæ, & si quid contra leges senatusveconsultum factum esse dicitur: item pacti conventi perpetui, id est, ne omninò pecunia petatur. Temporales atque dilatoriæ sunt quæ non semper locum habent, sed evitari possunt: qualis est pacti conventi temporalis, id est, ne fortè intrà quinquennium ageretur. l. 3.

## VII.

Is qui dicit *se jurasse*, potest & aliis exceptionibus

TOM. II.

uti cum exceptione jurisjurandi, vel aliis: solis pluribus enim defensionibus uti permittitur. l. 5.

Nemo prohibetur pluribus exceptionibus *a* uti, quamvis diversæ sunt. l. 8.

*a* V. l. 25. De probationibus.

## VIII.

Exceptiones quæ personæ cujusque coherent, non transeunt ad alios. Veluti ea quam socius habet exceptionem quod facere possit, vel parens, non competit fidejussori. l. 7. *b* Rei autem coherentes exceptiones etiam fidejussoribus competunt, ut rei judicatæ, doli mali, jurisjurandi, quod metùs causa factum est. Igitur & si reus pactus sit in rem, omnimodo competit exceptio fidejussori *c*. d. l. 7. §. 1.

*b* Lex 24. De re judicatâ. Nonne socius, parens, donator, tenebuntur in solidum erga fidejussorem qui solverit?

*c* Non utique existimatur confiteri de intentione adversarius quocum agitur, quia exceptione utitur. l. 9.

## IX.

Modestinus respondit: *Res inter alios judicata, aliis non obest*. Nec si is contra quem judicatum est *d*, hæres extiterit ei contra quem nihil pronuntiatum est, hæreditariam ei litem inferenti, præscribi ex eâ sententiâ posse, quam proprio nomine disceptans, antequam hæres extiterit, exceptit. l. 10. V. tit. seq. l. 3. *e*.

*d* Lex 9. De transactionibus. *e* V. l. 63. De re judicatâ, l. 1. De exceptione rei judicatæ & tit. C. inter alios acta vel judic.

## X.

Si res judicata esset ex falsis instrumentis, si postea falsa inveniantur, nec rei judicatæ præscriptionem opponi. l. 11.

## XI.

Omnes exceptiones quæ reo competunt *f*, fidejussori quoque, etiam invito reo competunt. l. 19.

*f* V. l. 15. De fidejussor. *g* V. l. ult. De pactis.

## XII.

Rei majoris pecuniæ præjudicium fieri videtur, cum ea quæstio in judicium deducitur, quæ vel tota vel ex aliquâ parte communis est questioni de re majori. l. 21.

## XIII.

Exceptio est conditio, quæ modo eximit reum damnatione, modo minuit damnationem. l. 22.

## XIV.

Debitores quidem hæreditarii unicuique hæredum, pro portione hæreditariâ *h*, antiquâ lege obligati sunt. Sed si eis hæredibus omnem pecuniam exolvisti quibus nomen patris tui testator in divisione adscripserat, doli mali exceptione adversus alios agentes tueri te potes. l. 1. C. de except. seu præsc.

*h* Pariter hæres creditoris non potest petere ab hæredibus debitoris, nisi partes singulas. V. l. 1. & 2. Si unus ex pluribus hæredibus.

## XV.

Replicatio doli opposita bonæ fidei judicium facit, & commentum fraudis repellit. l. 3. C. eod.

## XVI.

Exceptiones peremptorias *i* ante sententiam quandoque objicere licet. l. 4. & l. 8. C. eod.

*i* La loi 2. C. Sententiam rescindi non posse, dit: Peremptorias exceptiones omiſſa in initio antequam sententia feratur opponi posse; & judicatum contra majores viginti quinque annis non oppositæ præscriptionis velamento, citra remedium appellationis rescindi non posse.

## XVII.

Dilatoria exceptio in exordio litis proponi debet. l. penult. C. eod.

## XVIII.

Præscriptio fori in principio litis opponenda est. l. ult. C. eod.



permissum

Exceptiones personales ad alios non transeunt, rei coherentes transeunt.

Cum alio judicatum alii non obest, nec ipsi hæredi hoc nomine agentis, quod proprio nomine adversus eum judicatum est.

Non stat judicatum ex falsis instrumentis.

Fidejussor rei exceptionibus eo invito utitur.

Judicatum in questione communi facit præjudicium.

Exceptiones quædam eximunt à condemnatione, quædam minuant.

Debitores hæreditarii singulis hæredibus portiones debent.

Replicatio doli bonæ fidei judicium facit.

Semper auditur exceptio peremptoria ante sententiam.

Dilatoria non nisi in exordio litis.

Nec præscriptio fori.

Mater interdum patri præfertur ad liberorum educationem.

Non debet patria potestas turbare concordans matrimonium.

In exceptione reus actor est.

Exceptio est petitionis exclusio.

Replicatio est exceptionis exclusio.

Ulteriores actoris & rei in vicem replicationes & exclusiones.

Exceptionum alia differunt actionem, alia perimunt: hæ peremptoriæ dicuntur, illæ dilatoriæ.

Exceptiones aut perpetuæ sunt, aut temporales.

Pluribus exceptionibus utitur.

## TITULUS II

## De exceptione rei judicatæ.

## I.

**R**es inter alios judicatæ, nullum aliis præjudicium faciunt. l. 1. a.

a L. 63. De re judicatâ. l. 10. De exceptionibus. Tit. Cod. Inter alios acta vel judic.

## II.

Julianus respondit, exceptionem rei judicatæ obstare, quoties eadem quæstio inter easdem personas revocatur. Et ideò & si singulis rebus petitis hæreditatem petat b, vel contrà, exceptione summovebitur. l. 3. c.

b Vide l. 10. De exceptionibus.

c Vide l. 28. infra. l. 12. 13. 14.

## III.

Julianus scribit, exceptionem rei judicatæ à personâ auctoris ad emptorem transire solere, retrò autem ab emptore ad auctorem reverti non debere d. Quare si hæreditariam rem vendideris, ego eandem ab emptore petiero, & vicero, petenti tibi non opponam exceptionem e. l. 9. §. 2.

d Secus contra. e. Item si victus fuero, tu adversus me exceptionem non habebis. l. 10.

Exceptio rei judicatæ nocebit ei qui in dominium successit ejus qui iudicio expertus est. l. 28. f.

f Vide l. 3. supra. l. 13. Communia prædiorum.

## IV.

Cùm quæritur, hæc exceptio noceat, necne; inspicendum est an idem corpus sit, quantitas eadem, idem jus: & an eadem causa petendi, & eadem conditio personarum. Quæ nisi omnia concurrunt, alia res est: Idem corpus in hac exceptione, non utique omni pristinâ qualitate vel quantitate servatâ, nullâ adjectione, diminutioneve factâ, sed pinguius pro communi utilitate accipitur g. l. 12. l. 13. l. 14.

g Res aliquando pinguis accipitur in jure.

## V.

Actiones in personam ab actionibus in rem hoc differunt, quòd cùm eadem res ab eodem mihi debeat, singulas obligationes, singulæ causæ sequuntur, nec ulla earum alterius petitione viriatur: at cùm in rem ago non expressâ causâ ex quâ rem meam esse dico, omnes causæ unâ petitione adprehenduntur: neque enim amplius quàm semel res mea esse potest. Sæpius autem deberi potest. l. 14. §. 2.

## VI.

Si quis interdicto egerit de possessione, postea in rem agens non repellitur per exceptionem: quoniam in interdicto possessio, in actione proprietas vertitur. l. 14. §. ult. V. f. uti possideris. l. 1. §. 3.

## VII.

Si cum uno hærede depositi actum sit, tamen & cum cæteris hæredibus rectè agatur, nec exceptio rei judicatæ eis proderit. Nam & si eadem quæstio in omnibus judiciis vertitur, tamen personarum mutatio, cum quibus singulis suo nomine agitur, aliam atque aliam rem facit. l. 22. h.

h Vide l. 19. De inofficioso testamento. l. 46. De usufruct. l. 10. De exceptionibus. l. 10. §. ult. de appellationibus. l. 25. §. 8. Familiæ erciscundæ.

Judicatæ rei præscriptio cohæredi qui non litigavit, obstare non potest. l. 29.

## VIII.

Si debitor de dominio rei, quam pignori dedit, non admonito creditore causam egerit, & contrariam sententiam acceperit, creditor in locum victi successisse non videbitur. Cùm pignoris conventio sententiam præcesserit i. l. 29. §. 1.

i Ex sextante hæres institutus qui intestato legitimus esse potest, cum de jure testamenti faceret quæstionem, ab uno ex institutis dimidiam hæreditatis petiit, nec obtinuit: videtur in illâ

petitione etiam partem sextantis vindicasse, & ideo cœperit ab eodem ex testamento eandem portionem petere, obstabit ei exceptio rei judicatæ. l. 30. De exceptione rei judicatæ.

## TITULUS III.

## De diversis temporalibus præscriptionibus, &amp; (de) accessionibus possessionum.

## I.

**A**N vitium auctoris, vel donatoris, ejusve qui mihi rem legavit a mihi noceat, si fortè auctor meus justum initium possidendi non habuit, videndum est: Et puto neque nocere, neque prodesse. Nam denique & usucapere possum quod auctor meus usucapere non potuit. b. l. 5. V. f. de acq. vel amit. possess. l. 13. §. 1. V. l. 5. C. de usucap. pro empt.

a Attamen in causâ lucrativâ dolus auctoris nocet. l. 4. §. 29. Tit. sequenti. b Id obtinet in successore singulari, & modò non utatur accessione auctoris: secus in successore universali. l. 11.

## II.

Si quam rem tibi vendiderim, rursùs à te emam, & Titio vendam, & meam omnem & tuam possessionem Titio accessurum, videlicet quòd & tu mihi & ego ei possessionem præstare debemus. l. 6.

De accessionibus possessionum nihil in perpetuum, neque generaliter definire possumus: consistunt enim in solâ æquitate. Planè tribuuntur his qui in locum aliorum succedunt, sive ex contractu, sive voluntate. Hæredibus enim, & his qui successorum loco habentur, datur accessio testatoris. l. 14. d. l. §. 1.

Ei cui hæres rem hæreditariam vendidit, & hæredis tempus & defuncti debet accedere. l. 25. §. ult.

## III.

Cùm hæres c in jus omne defuncti succedit, ignorantia suâ defuncti vitia non excludit d: veluti cùm sciens alienum illum, illo, vel precario possedit. Quamvis enim precarium hæredem ignorantem non teneat, nec interdicto rectè conveniatur; tamen usucapere non poterit, quòd defunctus non potuit. Idem juris est cum de longâ possessione quæritur. Neque enim rectè defendetur: cùm exordium ei bonæ fidei ratio non tueatur e. l. 11. V. f. de usurp. & usucap. n. 20.

c Secus de successore singulari. l. 5. supra. d. La loi 43, De usurpationibus, dit: Hæres ejus qui bonâ fide rem emit, usu non capiet sciens alienam. e Vide l. 11. §. 2. De publicianâ. In usucapione ita servatur ut etiam si minimo momento novissimi diei possessa sit res, nihilominus repleatur usucapio, nec totus dies exigitur ad explendum constitutum tempus. l. 15. in princ. V. contra l. 6. De obligationibus & actionibus.

## IV.

Accessio possessionis fit non solùm temporis, quòd apud eum fuit, undè is emit: sed & qui ei vendidit unde tu emit. Sed si melius \* aliquis ex auctoribus non possederit, præcedentium auctorum possessio non proderit, quia conjuncta non est f. Sicut nec ei qui non possidet, auctoris possessio accedere potest g. l. 15. §. 1. V. f. de acq. vel amit. poss. l. 13. §. 4.

f Verùm quæro an possint tempora computari & conjungi deducto saltem medio? an verò sit omninò interrupta possessio? Deciditur in hac lege tempus præcedens non computari, unde præscriptio de novo post interruptionem est inchoanda. Secus in interruptione, quæ fit per minorem ætatem, quia est dumtaxat suspensio. g Ratio discriminis quòd favorabilior sit usucapio, quia in eâ occurrit possessio.

## TITULUS IV.

## De doli mali, &amp; metûs exceptione.

## I.

**A**N dolo quid actum sit, ex facto intelligitur a. l. 1. §. 2.

a Dolum ex judiciis probari convenit. l. 6. C. De dolo.

Cam alio judicatum, alii non obest.

Res judicata non obest, nisi in eadem quæstione, inter easdem personas.

Exceptio rei judicatæ adversus auctorem successoris nocet.

Pro judicatum id habetur quod ex re, ex jure, ex personis idem est quod jam judicatum dicitur.

Plura jura in eadem rem habere possum, sed mea esse pluries non potest.

Victus in causâ possessionis, de proprietate potest agere.

Cohæredi nec prodest nec nocet judicatum cum cohærede.

Creditori non nocet in causâ pignoris judicatum postea contra debitorem.

Vitium testatoris legatario non nocet si ipse usuceperit bonâ fide: nec donatoris donatorio.

Auctorum & successorum omnium tempora conjunguntur.

Non usucapit hæres quod defunctus usucapere non potuit.

Possessio interrupta sequenti non conjungitur, nec prodest. \* Medius.

Dolus ex facto apparet.

## I I.

*Doceri debet de dolo, & cuius dolo factum sit.*

Docere debet is qui objicit doli exceptionem, dolo malo actoris factum, nec sufficere ei ostendere in re esse dolum. Aut si alterius dicat dolo factum, eorum personas specialiter debet enumerare *b*: dummodo hæ sint, quarum dolus noceat *c*. l. 2. §. 2. V. inf. l. 4. §. 33.

*b* Quia non licet in tanto errore vagari. l. 16. De dolo.

*c* Si quis sine causa ab aliquo fuerit stipulatus, deinde ex eâ stipulatione experiatur, exceptio utique doli mali ei nocebit. l. 2. §. 3. l. 7. §. 4. De pactis.

## I I I.

*Dolo petitur quod exceptio ne repellendum novit petitor.*

Dolo facit quicumque id quod quaquâ exceptione elidi potest, petit. Nam & si inter initia nihil dolo malo facit, attamen nunc petendo facit dolosè; nisi si talis sit ignorantia in eo, ut dolo careat. l. 2. §. 5.

Dolo facit, qui petit quod redditurus est *d*. l. 8.

*d* La loi 2. §. 6. dit: Accipiens usuras in futurum videtur convenisse se non petiturum interea.

## I V.

*Ex dolo tutoris datur exceptio.*

Opinor de dolo tutoris exceptionem pupillo esse objiciendam. Quæ in tutore diximus, eadem in curatore quoque furiosi dicenda erunt; sed & in prodigi *e* vel minoris viginti quinque annis. l. 4. §. 24. in fin. & 25.

*e* La loi 4. §. 3. dit: Iniquum est communem malitiam petitori quidem præmio, reo verò penæ esse. Ex dolo tutoris datur exceptio adversus pupillum non verò actio: & sic intellige. l. 198. De re judicatâ.

## V.

*Et ex dolo minoris, & pupilli dolo capaces.*

De dolo minoris viginti quinque annis exceptio utique locum habebit. Nam & de pupilli dolo interdum esse excipiendum *f* nequaquam ambigendum est, ex eâ ætate quæ dolo non careat. Denique Julianus quoque sæpissimè scripsit doli pupillos, qui propè pubertatem sunt, capaces esse. l. 4. §. 26.

*f* V. l. 111. De re judicatâ. & l. 23. De furtis.

## V I.

*Exceptio rei cohærens possessori nocet.*

Rei cohærens exceptio etiam emptori nocet. Eam autem quæ ex delicto personæ oritur, nocere non oportet. l. 4. §. 27. in fin.

## V I I.

*Dolus auctoris rei non cohærens emptori non nocet.*

Si cum legitima hæreditas Gaii Seii ad te perveniret *g*, & ego essem hæres institutus, persuaseris mihi per dolum malum ne adeam hæreditatem: & posteaquam ego repudiavi hæreditatem, tu eam Sempronio cesseris, pretio accepto, isque à me petat hæreditatem *h*, exceptionem doli mali ejus qui ei cessit non potest pati *i*. l. 4. §. 28.

*g* Exceptio doli non est scripta in rem: secus exceptio metus. l. 4. §. 33. *h* Quam tamen possideo non obstante meâ repudiatione. l. 36. De verborum obligationibus. *Le cessionnaire a plus de droit ici que le cédant, & cette maxime a lieu dans toutes les exceptions du dol.*

## V I I I.

*In causâ lucrativâ dolus auctoris nocet.*

Si quis ex causâ legati vindicet, aut is cui ex causâ donationis res præstita est, vindicet, an de dolo exceptionem patiat ex causâ ejus in cujus locum successerit *l*? & magis putat Pomponius summovendum. Et ego puto exceptione eos esse repellendos, cum lucrativam causam sint nacti. Aliud est enim emere, aliud ex his causis succedere *m*. l. 4. §. 29.

*l* Attamen currit præscriptio. l. 5. De diversis temporalibus. Discrimen est inter vindicationem & præscriptionem. Non datur vindicatio quidem ei qui titulo gratuito acquisivit, sed acquiritur ei præscriptio si sit bonæ fidei, ut se possit defendere. *La prescription est favorable, parce que c'est un titre qui éteint tous les autres, & qu'elle empêche l'incertitude des possessions.* *m* V. De rei vindicatione. n. 26.

Ex quâcumque aliâ causâ quæ propè lucrativam habet acquisitionem, quæsiisse quis videatur, patietur exceptionem doli ex personâ ejus in cujus locum successit. l. 4. §. 31.

## I X.

*Bonæ fidei emptor non patitur exceptionem doli auctoris.*

Qui pretium dedit, vel vice pretii, cum sit bonæ fidei emptor, non patitur doli exceptionem ex personâ auctoris: utique si ipse dolo caret. Cæterum si ipse dolo non careat, pervenietur ad doli exceptionem & pa-

tietur de dolo suo exceptionem. l. 4. §. 31. in f. V. l. d. l. §. 27 & 28.

## X.

Metus causa exceptio in rem scripta est *n*, si in eâ re nihil metus causa factum est: ut non inspiciamus an is qui agit metus causa fecit aliquid, sed an omnino metus causa factum est in hac re, à quocumque, non tantum ab eo qui agit. Et quamvis de dolo auctoris exceptio non objiciatur *o*, verumtamen hoc jure utimur, ut de metu non tantum ab auctore, verum à quocumque adhibito exceptio objici possit. l. 4. §. 33. inf. V. l. 2. §. 11. V. l. 4. §. 3. ff. quod met. caus.

*Metus exceptio semper rei cohæret, à quolibet illatus sit metus.*

*n* Secus de doli exceptione quæ non est scripta in rem. l. 4. §. 28. *o* Quenam est diversitatis ratio, nam & in metu facto doli inest? V. l. 2. §. 1. 2. supra. Gotsfr. ad l. 4. §. 33. ait: Exceptio doli est in rem ex parte opponentis, in personam ex parte ejus cui opponitur. Exceptio verò metus ex utràque parte est in rem. Zoëlius hanc diversitatis rationem affert, scilicet propter delicti atrocitatem quam in se vis vel metus habent. Hæc ergo summa est exceptionis doli, ut reus probet dolum in hac re ab auctore commissum esse, licet adversus ipsum reum commissus non sit.

## X I.

Non sicut de dolo actio certo tempore finitur, ita etiam exceptio eodem tempore danda est. Nam hæc perpetuè competit: cum actor quidem in suâ potestate habeat quando utatur suo jure, is autem cum quo agitur, non habeat potestatem quando conveniatur *p*. l. 5. §. ult. V. l. 6. C. de except. seu præscript. 7.

*Tandem datur exceptio quamdiu actio.*

*p* La loi 17. §. 1. h. t. dit: Avus nepotibus ex filiâ legavit singulis 100. & adjecit hæc verba: Ignoscite, nam potueram vobis amplius relinquere, nisi me Fronto pater vester male accepisset, cui dederam mutua quindecim quæ ab eo recipere non potui. Quæsitum est an si avi hæres ab is nepotibus patris sui hæredibus petat quindecim contra voluntatem defuncti facere videatur, & doli mali exceptio summoveatur? Respondit exceptionem obstaturam. La loi 9. dit: Turpiter acceptâ pecuniâ justius penes eum est qui deceptus est quam qui decepit. La loi 11. dit: Litis contestatæ res procuratoris fit: eamque suo jam quodammodo nomine exequitur.

## TITULUS V.

## Quarum rerum actio non datur\*.

\* Hic titulus respici debet aut mutari ita ut dicatur: Quarum rerum exceptio non datur. Freigius. La loi 2. §. 1. dit: Si in aleâ rem vendam ut ludam, & evictâ re conveniat, exceptione summovebitur emptor.

## I.

JUSJURANDUM vicem rei judicatæ obtinet, non immerito: cum ipse quis judicem adversarium suum a de causâ suâ fecerit, deferendo eis jusjurandum. l. 1.

*Jusjurandum rei judicatæ vicem obtinet.*

*a* V. l. 1. De jurejurando.

## TITULUS VI. De litigiosis.

*Vice de litige n'a lieu en France.*

## TITULUS VII.

## De obligationibus &amp; actionibus

## I.

OBLIGATIONES aut ex contractu nascuntur, aut ex maleficio, aut proprio quodam jure ex variis causarum figuris. l. 1.

*Variis est eârum sit ligamur.*

## I I.

Obligationes ex contractu, aut re contrahuntur, aut consensu. l. 1. §. 1. V. l. 52.

## I I I.

Re contrahitur obligatio mutui donatione. l. 1. §. 2.

Is quoque cui rem aliquam commodamus, re nobis obligatur. d. l. 1. §. 3.

Is quoque apud quem deponimus, re nobis tenetur. d. l. 1. §. 5.

Creditor quoque qui pignus accepit, re tenetur l. 1. §. 6.

*Obligamur re, aut consensu.*

*Re obligamur in mutuo, commutato, deposito pignore.*

## I V.

Mutui datio consistit in his rebus quæ pondere, numero, mensurâve constant: veluti vino, oleo, frumento, pecuniâ numeratâ, quas res in hoc damus ut fiant accipientis, postea alias recepturi ejusdem generis & qualitatis. d. l. 1. §. 2.

## V.

Is cui rem aliquam commodamus, re nobis obligatur. Sed is de eâ ipsâ re, quam acceperit, restituendâ tenetur *a*. Et ille quidem qui mutuum accepit, si quolibet casu quod accepit, amiserit, nihilominus obligatus permanet. Is verò qui utendum accepit, si majore casu cui humana infirmitas resistere non potest (veluti incendio, ruinâ, naufragio) rem quam accepit amiserit, securus est. l. 1. §. 3. in f. & §. 4.

*a* Lex 5. §. 7. l. 18. Commodati vel contra.

## VI.

Exactissimam diligentiam custodiendæ rei præstare compellitur (*qui utendam accepit*) nec sufficit ei eandem diligentiam adhibere, quam suis rebus adhibet, si alius diligentior custodire poterit. Sed & in majoribus casibus, si culpa ejus interveniat, tenetur. Veluti, si quasi amicos ad cœnam invitaturus argentum quod in eam rem utendum acceperit, peregrè proficiscens, secum portare voluerit, & id aut naufragio aut prædonum *b*, hostiumve incurfu amiserit. l. 1. §. 4.

*b* V. legem 18. Commodati vel contra.

## VII.

Is quoque apud quem rem aliquam deponimus, re nobis tenetur. Qui & ipse de eâ re quam acceperit restituendâ tenetur: sed is etiam si negligenter rem custoditam amiserit, securus est. Quia enim non suâ gratiâ accepit, sed ejus à quo accipit, in eo solo tenetur, si quid dolo perierit. Negligentiæ verò nomine idè non tenetur, quia *qui negligenti amico rem custodiendam committit, de se queri debet*. Magnam tamen negligentiam placuit in doli crimine cadere *c*. l. 1. §. 5. V. l. 32. ff. de poss.

*c* Lata culpa dolo æquiparatur.

## VIII.

Aut proprio nomine quisque obligatur, aut alieno; qui autem alieno nomine obligatur, fidejussor vocatur. Et plerumque ab eo quem proprio nomine obligamus, alios accipimus qui eâdem obligatione teneantur, dum curamus ut quod in obligationem deduximus, tutius nobis debeat. l. 1. §. 8.

## IX.

Si id quod dari stipulemur tale sit, ut dari non possit, palam est naturali ratione inutilem esse stipulationem. l. 1. §. 9.

Veluti si quis locum sacrum, aut religiosum dari sibi stipulatus fuerit. d. §. in f.

## X.

Sub impossibili conditione factam stipulationem, constat inutilem esse. l. 1. §. 11.

Non solum stipulationes impossibili conditioni applicatæ nullius momenti sunt *d*, sed etiam cæteri quoque contractus, veluti emptiones, locationes, impossibili conditione interpositâ, æquè nullius momenti sunt. Quia in eâ re quæ ex duorum pluriumve consensu agitur, omnium voluntas spectetur *e*, quorum procul dubio in hujusmodi actu talis cogitatio est, ut nihil agi existiment appositâ eâ conditione quam sciant esse impossibilem. l. 31.

*d* V. legem 58. de conditione indebiti. & ibi. Gotofr. l. 3. De conditionibus & demonstrationibus.

*e* Contrahentes intelliguntur locati.

## XI.

Consensu fiunt obligationes in emptionibus, venditionibus, locationibus, conditionibus, societatibus, mandatis. Idè autem istis modis consensu dicimus obligationem contrahi, quia neque verborum neque scripturæ ulla proprietas desideratur: sed sufficit eos qui negotia gerunt, consentire. l. 2. d. l. §. 1.

## XII.

Inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epistolam, vel per nuntium. l. 2. §. 2.

## XIII.

In his contractibus alter alteri obligatur de eo quod alterum alteri ex bono & æquo præstare oportet *f*. l. 2. §. 3.

*f* Lex 3. de rebus creditis.

## XIV.

Obligationum substantia non in eo consistit, ut aliquod corpus nostrum, aut servitutem nostram faciat: sed ut alium nobis obstringat, ad dandum aliquid vel faciendum, vel præstandum. l. 3.

## XV.

Non satis autem est dantis esse nummos, & fieri accipientis, ut obligatio nascatur: sed etiam hoc animo dari & accipi, ut obligatio constituatur. Itaque si quis pecuniam suam donandi causâ dederit mihi, quamquam & donantis fuerit *g*, & mea fiat, tamen non obligabor ei, quia non hoc inter nos actum est. l. 3. §. 1.

*g* Lex 57. h.

In omnibus rebus quæ dominium transferunt, concurrat oportet affectus ex utrâque parte contrahentium. Nam sive ea venditio, sive donatio, sive conductio, sive quælibet alia causa contrahendi fuit, nisi animus utriusque consentit, perducitur ad effectum id quod inchoatur, non potest. l. 55.

## XVI.

Ex maleficio nascuntur obligationes, veluti ex furto, ex damno, ex rapinâ, ex injuriâ, quæ omnia unius generis sunt. Nam hæc re tantum consistunt, id est ipso maleficio. Cùm alioquin ex contractu obligationes non tantum re consistant, sed etiam consensu. l. 4.

## XVII.

Si quis absentis negotia gesserit, si quidem ex mandato, palam est ex contractu nasci inter eos actiones mandati, quibus invicem experiri possunt de eo quod alterum alteri ex bonâ fide præstare oportet. Si verò sine mandato, placuit quidem sanè eos invicem obligari, eoque nomine proditæ sunt actiones, quas appellamus *negotiorum gestorum*, quibus æquè invicem experiri possunt de eo quod ex bonâ fide alterum alteri præstari oportet. Sed neque ex contractu, neque ex maleficio actiones nascuntur; neque enim is qui gessit, cum absente creditur ante contraxisse: neque ullum maleficio est, sine mandato suscipere negotiorum administrationem. Longè magis is cujus negotia gesta sunt ignorans, aut contraxisse, aut deliquisse intelligi potest. Sed utilitatis causa receptum est invicem eos obligari. Idè autem id ita receptum est, quia plerumque homines eo animo peregrè proficiscuntur, quasi statim redituri: nec ob id ulli curam negotiorum suorum mandant: deindè novis causis intervenientibus, ex necessitate diutius absunt, quorum negotia desperare iniquum erat, quæ sanè desperarent, si vel is qui obtulisset se negotiis gerendis, nullam habiturus esset actionem de eo quod utiliter de suo impendisset, vel is cujus gesta essent adversus eum qui invasisset negotia ejus, nullo jure agere posset. l. 5.

## XVIII.

*Tutela judicio* qui tenentur, non propriè ex contractu obligari intelliguntur: nullum enim negotium inter tutorem & pupillum contrahitur. Sed quia sanè non ex maleficio tenentur, quasi ex contractu teneri videntur. Et hoc autem casu mutua sunt actiones: non tantum enim pupillus cum tutore, sed & contra tutorem cum pupillo habet actionem, si vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus, aut rem suam creditori ejus obligaverit. l. 5. §. 1.

## XIX.

Hæres quoque qui legatum debet, neque ex contractu, neque ex maleficio obligatus esse intelligitur: nam neque cum defuncto, neque cum hærede contraxisse quicquam legatarius intelligitur. Maleficio autem nullum in eâ re esse plusquam manifestum est. l. 5. §. 2.

## XX.

Is quoque *qui non debitum accepit* per errorem solventis obligatur quidem quasi ex mutui datione: & eandem

*Mutuo dantur quæ pondere, numero, mensurâ constant.*

*In commodato res ipsamet restituitur, nisi casu perierit in mutuo aliud pro alio.*

*Qui utendum quid accepit exactissimam diligentiam præstat; imò & casum, si culpâ ejus contigerit.*

*Qui depositum suscepit, de magnâ negligentia tenetur.*

*Proprio nomine obligatur reus; debendi alieno fidejussor.*

*Inutiliter quod dari non possit stipulamur.*

*Idem erit si sub conditione impossibili.*

*Consensu fiunt obligationes, in quibus causis sufficit consentire ut obligemur.*

*Absentes consensu contrahunt.*

*Mutua præstationes ex bono & æquo veniunt in obligationibus ex consensu.*

*Obligamur ad dandum quid, vel faciendum, vel præstandum.*

*Obligationem constituit animus obligandi.*

*Ex maleficiis re obligamur.*

*Ex negotiis gestis nascitur utrinque obligatio.*

*Ex tutelâ mutua oritur obligatio.*

*Hæres obligatur ex testamento.*

*Indebitum accipientis obligatur.*



dem actione tenetur quâ debitorum creditoribus. Sed non potest intelligi is, qui ex causâ tenetur ex contractu obligatus esse: qui enim solvit per errorem, magis distrahendæ obligationis animo, quàm contrahendæ dare videtur. l. 5. §. 3.

## XXI.

Si iudex *litam suam fecerit*, non propriè ex maleficio obligatus videtur, sed quia neque ex contractu obligatus est *h*, & utique peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiam, ideo videtur quasi ex maleficio teneri. l. 5. §. 4.

*h* L. 15. & 16. de iudiciis.

## XXII.

Is quoque ex cuius canaculo, vel proprio ipsius, vel conducto, vel in quo gratis habitabat, dejectum effusumve aliquid est, ita ut alicui noceret, quasi ex maleficio teneri videtur. Ideo autem non propriè ex maleficio obligatus intelligitur, quia plerumque ob alterius culpam tenetur, aut servi, aut liberi: cui similis est is qui eâ parte quâ vulgò iter fieri solet, id positum aut suspensum habet, quod potest, si ceciderit, alicui nocere. l. 5. §. 5.

## XXIII.

Idem exercitor navis, aut cauponæ, aut stabuli, de damno, aut furto quod in nave, aut cauponâ, aut stabulo factum sit, quasi ex maleficio teneri videtur: si modo ipsius nullum est maleficio, sed alicujus eorum quorum operâ navem, aut cauponam, aut stabulum exerceret. Cum enim neque ex contractu sit adversus eum constituta hæc actio, & aliquatenus culpæ reus est, quod operâ malorum hominum uteretur: Ideo quasi ex maleficio teneri videtur. l. 5. §. ult.

## XXIV.

In omnibus temporalibus actionibus, nisi novissimus totus dies compleatur, non finit obligationem *i*. l. 6.

*i* V. contra. l. 15. De diversis temporalibus. Verum lex 6. De obligationibus & actionibus non loquitur de præscriptionibus. l. 50. infra l. 13. 8. De verborum obligationibus. & l. 3. §. 3. De minoribus.

Qui ante kalendas proximas stipuletur, similis est ei qui kalendis stipulatur. l. 13. ff. de verb. obl. V. inf. l. 50.

## XXV.

Sub hac conditione, *si volam*, nulla sit obligatio. Pro non dicto enim est, quod dare, nisi velis, cogi non possis: nam nec hæres promissoris ejus qui numquam dare voluerit, tenetur *l*: quia hæc conditio in ipsum promissorem numquam exitit. l. 8.

*l* V. authenticam. Si quando. C. de constitutâ pecuniâ.

## XXVI.

Naturales obligationes non eo solo æstimantur, si actio aliqua earum nomine competit: verum etiam eo, si soluta pecunia repeti non possit. l. 10.

V. inf. de fidej. l. 16. §. 4.

## XXVII.

Quæcumque gerimus, cum ex nostro contractu originem trahunt, nisi ex nostrâ personâ obligationis initium sumant, inanem actum nostrum efficiunt. Et ideo neque stipulari *m*, neque emere, vendere, contrahere, ut alter suo nomine rectè agat, possumus. l. 11.

*m* Quia stipulationes in id dumtaxat inventæ sunt, ut unusquisque quod sua interest persequeretur, non quod alterius. l. 38. §. 17. De verborum obligationibus.

## XXVIII.

Ex depositi, & commodati & mandati, & tutelæ & negotiorum gestorum, ob dolum malum defuncti hæres in solidum tenetur. l. 12.

Ex contractibus venientes actiones in hæredes dantur, licet delictum quoque versetur: veluti cum tutor in tutelâ gerendâ dolo fecerit, aut is apud quem depositum est. l. 49. V. inf. l. 33.

## XXIX.

Omnes debitorum, qui speciem ex causâ lucrativâ debent *n*, liberantur cum ea species ex causâ lucrativâ ad creditores pervenisset. l. 17. V. l. seq.

*n* Duæ causæ lucrativæ non concurrunt. l. 19. h.

## XXX.

## XXX.

Si is qui Stichum dari stipulatus fuerat hæres extiterit ei cui ex testamento idem Stichus debebatur, si ex testamento Stichum petierit, non consumer stipulationem: & contra si ex stipulatu Stichum petierit, actionem ex testamento salvam habebit: quia initio ita confiterint hæ duæ obligationes, ut alterâ in iudicium deductâ, altera nihilominus integra remaneret. l. 18. V. l. seq.

## XXXI.

Ex permissione dotis non videbitur lucrativa causa esse *o*, sed quodammodo creditor, aut emptor intelligitur qui dotem petit, porrò cum creditor, vel emptor ex lucrativâ causâ rem habere cœperit, nihilominus integras actiones retinet: sicut ex contrario qui non ex lucrativâ causâ rem habere cœpit, eandem non prohibetur ex lucrativâ causâ petere. l. 19.

*o* Lex 10. Quæ in fraudem creditorum. Indotatam uxorem maritus ducturus non fuisset. l. 25. §. 1. eod.

## XXXII.

Contraxisse unusquisque in eo loco intelligitur, in quo, ut solveret, se obligavit. l. 21.

## XXXIII.

Servius rectissimè existimavit, si quando dies, quâ pecunia daretur *p*, sententiâ arbitri comprehensa non esset, modicum spatium datum videri. Hoc idem dicendum & cum quid eâ lege venierit, ut nisi ad diem pretium solutum fuerit, inempta res fiat. l. 23. in f.

*p* V. legem 105. De solutionibus. l. 21. §. 1. De pecuniâ constitutâ. l. 14. De re iudicatâ. & l. 21. De iudiciis.

## XXXIV.

Actionum genera sunt duo: in rem, quæ dicitur vindicatio: & in personam, quæ *condictio* appellatur. In rem actio est, per quam rem nostram quæ ab alio possidetur, petimus, & semper adversus eam est qui rem possidet. In personam actio est, quâ cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid, vel dandum: & semper adversus eundem locum habet. l. 25.

## XXXV.

Omnes pœnales actiones, post litem inchoatam, & ad hæredes transeunt. l. 26.

Constitutionibus quibus ostenditur hæc edes pœnâ non teneri, placuit, si vivus conventus fuerat, etiam pœnæ persecutionem transmissam videri, quasi lite contestatâ cum mortuo. l. 33.

Jure canonico, quod sequimur, tenetur omnino hæres sarcire damnum ex delicto defuncti. 16. q. 6. c. 3. 12. q. 2. c. 36. 1. q. 4. c. 11. Item peccato Israelitarum in f. C. ult. de sepult. c. 5. de rapt. & incend.

Cur enim quod in principalibus personis justum est, non ad hæredes & adversus eos transmittatur? l. 13. C. de contr. & committ. stipul.

Hæres vitiorum defuncti successor. l. 11. §. 2. in fin. ff. de public. in rem act. l. 2. in f. C. de fruct. & lit. exp.

Licet non ea sit harum legum sententia, quæ in causâ delicti adversus hæredem aptari possit; ratio ipsa legum juri canonico convenit, & nostris moribus.

## XXXVI.

Obligationes quæ non propriis viribus consistunt, neque officio iudicis, neque prætoris imperio, neque legis potestate, confirmantur. l. 27.

## XXXVII.

Mixtæ sunt actiones in quibus uterque actor est: ut putâ finium regundorum, familiæ eriscundæ, communi dividundo, interdictum uti possidetis. l. 37. §. 1.

## XXXVIII.

Hæreditarium actionum loco habentur legata, quamvis ab hærede cœperint. l. 40.

## XXXIX.

Creditorum eos accipere debemus qui aliquam actionem habent: sic tamen nec exceptione summoveantur. l. 42. §. 1.

## XL.

Obligationum ferè quatuor causæ sunt, aut enim

Aliud ex causâ lucrativâ & ex non lucrativâ.

Dos non est causa lucrativâ.

Ibi quis contraxisse intelligitur, ubi promittit se soluturum.

In sententiâ arbitri, & in lege commissoriâ, modicum spatium datur ad solvendum.

Actionum generæ duo: in rem, cum rem nostram a possessore petimus in personam ex obligatione.

Ad hæredem transit actio pœnalis, si defunctus convensus sit.

Obligatio inutilis auctoritate iudicis aut legis non convalescit.

Mixtæ actiones sunt in quibus uterque actor est.

Hæreditaria actio est ex legato, licet ab hærede incipiat.

Creditor est qui actionem habet non elisam exceptione.

In obligati-

Judex qui litam suam facit, quasi ex maleficio obligatur.

Ob effusa vel dejecta quasi ex maleficio contrahitur obligatio.

Exercitor tenetur de damno in nave dato quasi ex maleficio.

In temporalibus actionibus totus ultimus dies interminio est.

Sub conditione, si volam, nulla est obligatio.

Ex naturali debito solutum non repetitur.

Per alterum alteri non acquiritur obligatio.

In contractibus ex dolo defuncti tenetur hæres.

Eidem res eadem non quaeritur ex duabus causis lucrativis.

nibus hæc spectanda, dies, conditio, modus, accessio.

Aut ex die incipit obligatio, aut confertur in diem.

Conditio aut firmat, aut solvit obligationem.

Modus est si altera sit obligatio.

Accessio aut rei fit aut personæ.

Obligatio faciendi, re non facta, transfertur in obligationem dandi.

Furiosus & pupillus ex re obligantur.

In dubio propensiores esse debemus ad liberationem.

Surdus qui consentire potest, recte contrahit.

Qui in anno debet, quolibet anni die solvere potest.

Actio est jus persequendi quod sibi debetur.

Interdum nuntu obligantur. Non consentiunt qui errant, & ideo nec contrahunt.

dies in his est, conditio, aut modus, aut accessio. l. 44. XL I.

Circà diem duplex inspectio est: nam vel ex die incipit obligatio, aut confertur in diem. Ex die veluti kalendis martii dare spondes? Cujus natura hæc est, ut ante diem non exigatur. Ad diem autem usque ad kalendas dare spondes? l. 44. §. 1.

## XL II.

Conditio verò efficax est quæ in constituendâ obligatione inferitur, non quæ post perfectam eam ponitur: veluti centum dare spondes, nisi navis ex Asia venerit? Sed hoc casu, existente conditione, locus erit exceptione pacti conventi, vel doli mali. l. 44. §. 2.

## XL III.

Modus obligationis est, cum stipulamur decem, aut hominem q: nam alterius solutio totam obligationem interimit; nec alter peti potest. Utique quamdiu utrumque est. l. 44. §. 3.

q Lex 17. §. ult. De conditionibus & demonstrationibus.

## XL IV.

Accessio verò in obligatione, aut personæ, aut rei fit. Personæ, cum mihi aut Titio stipulor. Rei cum mihi decem, aut Titio hominem stipulor: ubi quæritur, an ipso jure fiat liberatio homine soluto Titio. l. 44. §. 4.

## XL V.

Si ita stipulatus sim, si fundum non dederis, centum dare spondes, sola centum in stipulatione sunt: in exsolutione, fundus r. Sed si navem fieri stipulatus sum, & si non feceris, centum: videndum utrum duæ stipulationes sint, pura & conditionalis, & existens sequentis conditio non tollat priorem; an verò transferat in se, & quasi novatio prioris fiat. Quod magis verum est. l. 44. §. penult. & ult.

r Et quasi nova actio est.

## XL VI.

Furiosus & pupillus, ubi ex re actio venit, obligantur, etiam sine curatore, vel tutoris auctoritate. Veluti si communem fundum habeo cum his, & aliquid in eum impendero: vel damnum in eo pupillus dederit. Nam judicio communi dividendo obligabuntur. l. 46.

## XL VII.

Attianus ait, multum interesse, quaras utrum aliquis obligetur, an aliquis liberetur. Ubi de obligando quæritur, propensiores esse debere nos, si habeamus occasionem ad negandum s. Ubi de liberando, ex diverso, ut facilius sis ad liberationem. l. 47.

f V. legem 109. De verborum obligationibus. l. 138. eod.

## XL VIII.

In quibuscumque negotiis sermone opus non est, sufficiente consensu, iis etiam surdus intervenire potest: quia potest intelligere & consentire. Veluti in locationibus, conductionibus, emptionibus, & cæteris. l. 48.

## XL IX.

Quod quis aliquo anno dare promittit, aut dare damnatur, ei potestas est quolibet ejus anni die dandi r. l. 50. u.

r V. legem 6. supra. Quid, potestne solvere ante diem præfixum si forte moneta imminutionem patiatur?

u L. 70. De solutionibus.

Qui hoc anno, aut hoc mense dari stipulatus sit, nisi omnibus partibus præteritis, anni vel mensis, non recte petet. l. 42. ff. de verb. obl.

## L.

Nihil aliud est actio quam jus, quod sibi debeatur, judicio persequendi. l. 51.

## L I.

Nutu solo pleraque consistunt. l. 52. §. ult.

## L II.

In omnibus negotiis contrahendis, sive bonâ fide sint, sive non sint, si error aliquis intervenit, ut aliud sentiat (puta) qui emit, aut qui conducit x, aliud

x L. 15. De jurisdictione.

qui cum his contrahit, nihil valet quod acti sit. Et idem in societate quoque cœunda respondendum est, ut si dissentiant, aliud alio existimante, nihil valet ea societas quæ in consensu consistit. l. 57. y.

y L. 3. §. 1. h. l. 83. §. 1. De verborum obligationibus. l. 66. De judiciis.

## L III.

Sciendum est ex omnibus causis lites contestatas & in hæredem, similesque personas transire. l. 58.

## L IV.

Nunquam actiones pœnales de eadem pecuniâ concurrentes alia aliam consumit. l. 60.

## L V.

Seia cum salarium constituere vellet, ita epistolam emisit. Lucio Titio salutem. Si (in) eodem animo & eadem affectione circa me es qui semper fuisti z, ex continenti acceptis litteris meis, distractâ re tuâ, veni: hoc tibi quamdiu vivam præstabo, annuos decem: scio enim quia valde me bene ames. Quæro, cum & rem suam distraxerit Lucius Titius, & ad eam profectus sit, & ex eo cum eâ sit, an ei ex his epistolis salarium annuum debeatur? Respondit ex personis causisque eum cujus notio sit, æstimaturum an actio danda sit. l. ult. §. 1.

z Epistola obligationem parit.

## L VI.

Bonam fidem in contractibus considerari æquum est, l. 4. C. de obl. & act.

## L VII.

Sicut initio libera potestas unicuique est habendi, vel non habendi contractus: ita renuntiare semel constitutæ obligationi, adversario non consentiente, nemo potest. Quapropter intelligere debetis, voluntariæ obligationi semel vos nexos, ab hac, non consentiente alterâ parte, de cujus precibus fecistis mentionem, minime posse discedere. l. 5. C. eod.

## L VIII.

Adversus debitorem electis pignoribus (personalis) actio non tollitur, sed eo quod de pretio servari potuit in debitum computato, de residuo manet integra. l. 10. C. eod.

## L IX.

Ab hæredibus & contra hæredes incipiunt actiones & obligationes. l. un. C. ut act. & ab hæred. & contr. hæ. inc.

## L X.

Certissimum est ex alterius contractu neminem obligari. l. 3. in f. C. ne ux. pro mar. vel mar. p. v.

## DIGESTORUM LIBER QUADRAGESIMUS QUINTUS.

### TITULUS I.

#### De verborum obligationibus.

## I.

STIPULATIONUM quædam in dando, quædam in faciendo consistunt, & harum omnium quædam partium præstationem recipiunt, veluti cum decem dari stipulamur: quædam non recipiunt, ut in his quæ naturâ divisionem non admittunt, veluti cum viam, iter, actum stipulamur. a. l. 2. d. l. §. 1.

a Ex personâ hæredum conditio obligationis non immutatur: l. 2. §. 2. Ergo nomina non deberent passivè dividi inter plures hæredes debitoris, licet activè dividantur ex l. 12. Tab. dividuntur etiam passivè. l. 1. & 2. C. si unus ex pluribus hæredibus. In Neuftriâ nomina & actiones non dividuntur inter hæredes debitoris; sicut in quibusdam aliis consuetudinibus.

## I I.

Satis acceptio est stipulatio quæ ita obligat promissorem, ut ad promissores quoque ab eo accipiantur: id est qui idem promittunt. l. 5. §. 2.

## III. Si

Lites contestata ad hæredem & alios transit.

Pœna pœnam non consumit.

Varie ex personis, causisque judicandum.

In contractibus bona fides spectanda.

Contrahere liberum, stare contractui necessarium.

Pignoris persecutione actio personalis non tollitur.

Incipit obligatio ab hærede & contra eum.

Alium neminem obligat.

Stipulationes quædam in dando, quædam in faciendo: aliæ dividuæ, aliæ individuæ.

Satisdare est dare ad promissorem.

III.

Si sortem promiseris, & si ea soluta non esset, pœnam, etiam si unus ex hæredibus tuis portionem suam ex sorte solverit, nihilominus pœnam committet, donec portio cohæredis solvatur *b*. Idemque est de pœnâ ex compromisso si unus paruerit, alter non paruerit sententiæ judicis *c*, sed à cohærede ei satisfieri debet. Nec enim aliud in his stipulationibus sine injuriâ stipulatoris constitui potest. l. 5. in f.

*b* Quid des hæritiers du vassal pour la foi? *c* Qui non paret, pœnam integram debet, non potest partem offerre cum plures sint. Qui autem paret; nil debet; nec enim iniqua conditio alteri per alterum inferri debet. l. 6 ait: Is cui bonis interdictum est, stipulando sibi acquirit; tradere verò non potest vel promittendo obligari; & ideo nec fidejussor pro eo intervenire poterit, sicut nec pro furioso. V. contra l. 25. De fidejussor. Quid si fidejussor se se in solidum & tanquam principalem debitum obliget?

IV.

In illâ stipulatione, si calendis Stichum non dederis, decem dare spondes *d*? Mortuo homine quæritur an statim ante calendas agi possit? Sabinus, Proculus expectandum diem actori putant; quod est verius. Tota enim obligatio sub conditione, & in diem collata est. Et licet ad conditionem committi videatur, dies tamen superest. l. 8.

*d* Idem in legatis, ubi tempus & conditio sunt in favorem hæredis. V. l. 3. §. 3. De usuris.

V.

Si ex legati causâ aut ex stipulatu hominem certum mihi debeas *e*, non aliter post mortem ejus tenearis mihi; quàm si per te steterit, quominus vivo eo, eum mihi dâres *f*: quod ita fit, si aut interpellatus non dedisti, aut occidisti eum. l. 23. V. l. 33 & l. 82. §. 1.

*e* La loi 19. dit: Contenti esse debemus pœnis legum comprehensis. C'est pourquoi quand il s'agit d'une somme, on ne peut adjuger plus que les intérêts pour dommages & intérêts.

*f* Qui moram commisit, tenetur de casu fortuito. Moram fecisse videtur qui litigare maluit quàm restituere. l. 82. §. 1.

VI.

Generaliter novimus turpes stipulationes nullius esse momenti. l. 26. l. 15. de conditionibus institutionum.

VII.

Si in nomine fervi, quem stipularemur dari, erratum fuisset, cum de corpore constitisset, placet stipulationem valere *g*. l. 32.

*g* Quia nomina dumtaxat inventa sunt ad res significandas, si indubitabili signo eum demonstraverit. l. 9. §. 8. De hæredibus instituendis.

VIII.

Si Stichus certo die dari promissus, ante diem moriatur, non tenetur promissor *h*. l. 33. V. l. 1. 23. & l. 82. §. 1.

*h* Debitor interituri rei debitæ liberatur.

IX.

Si quis, cum aliter eum convenisset obligari, aliter per machinationem obligatus est, erit quidem subtilitati juris obstrictus, sed doli exceptione uti potest. Quia enim per dolum obligatus est, competit ei exceptio. Idem est, & si nullus dolus intercessit stipulantis, sed ipsa res in se dolum habet *i*. Cum enim quis petat ex eâ stipulatione, hoc ipse dolo facit quod petit. l. 36.

*i* V. l. 4. §. 28. De except. do.

X.

Alteri stipulari nemo potest. l. 38. §. 17. Inventæ sunt enim hujusmodi obligationes ad hoc, ut unusquisque sibi adquirat quod sua interest *l*. Ceterum ut alii detur nihil interest meâ. l. 38. §. 17.

*l* Lex 11. De obligationibus & actionibus.

Si stipuler alii, cum meâ interesset, videamus an stipulatio committeretur? Et ait Marcellus stipulationem valere in specie hujusmodi. l. 38. §. 20.

XI.

In stipulationibus cum quæritur quid actum sit, verba

contrâ stipulatorem interpretanda sunt. l. 38. §. 18. V. l. 39. ff. de pact. l. 21 & 33. ff. de contr. empt. l. 39. ff. de act. empt. & vend. V. inf. l. 99.

XII.

Quoties in obligationibus dies non ponitur *m*, præfenti die pecunia debetur. Nisi si locus adjectus spatium temporis inducat, quo illò possit perveniri. l. 41. §. 1. l. 73.

*m* Lex 14. de re judicata. V. l. 105. De solutionibus. L. 21. De pecuniâ constitutâ. §. 1. Neque eum magnum damnum est in morâ modici temporis. Nec quis cum sacco venire debet, sed decem dies sunt indulgendi.

XIII.

Si quis arbitrato (putâ) Lucii Titii restitui sibi stipulatus est, deinde ipse stipulator moram fecerit, quominus arbitretur Titius, promissor, quasi moram fecerit, non tenetur. Quid ergo si ipse qui arbitrari debuit moram fecerit *n*, magis probandum est à personâ non esse recedendum ejus cujus arbitrium incertum est. Et ideo, si omninò non arbitretur, nihil valet stipulatio. ideo ut & si pœna adjecta sit, ne ipsa quidem committatur. l. 43 & 44.

*n* Quia hicce igitur industria personæ, non æquitas in genere. l. 76, 77, 78, 79. Pro Iccio. l. 24. Locati conducti.

XIV.

Si decem cum petiero dari fuero stipulatus, monitionem magis quandam, quò celerius reddantur, & quasi sine morâ, quàm conditionem habet stipulatio, & ideo licet decessero priusquam petiero, non videtur defecisse conditio. l. 48.

XV.

In conventionalibus stipulationibus contractui formam contrahentes dant. Enim verò prætoricæ stipulationes legem accipiunt de mente prætoris, qui eas proposuit. Denique prætoris stipulationibus, nihil immutata licet, neque addere, neque detrahere. l. 5. l. 9. in f. de stip. prætor.

XVI.

Stipulationes commodissimum est ita componere, ut quæcumque specialiter comprehendi possint, contineantur: doli autem clausula ad ea pertineat, quæ in præsentia occurrere non possint, & ad incertos casus pertinent. l. 53. l. 110.

XVII.

Quoties in diem vel sub conditione oleum quis stipulatur *o*, ejus æstimationem eo tempore spectari oportet, quo dies obligationis venit. Tunc enim ab eo peti potest. Alioquin (aliâs) rei captio erit. Idem erit, & si Capue certum olei pondus dari quis stipulatus sit: nam ejus temporis fit æstimatio, cum peti potest. Peti autem potest, quò primum in locum parveniri potuit. l. 59 & 60.

*o* V. l. 2. De rebus creditis.

XVIII.

Si quis ita stipuletur, si ve navis ex Asia venerit, si ve Titius Consul factus fuerit, utra prius conditio extitisset, stipulatio committeretur, & amplius committi non potest; sed enim cum ex duabus disjunctivis conditionibus altera defecerit, necesse est ut ea quæ extiterit stipulationem committat. l. 63.

XIX.

Interdum pura stipulatio ex re ipsâ dilationem capit. l. 73. Sic qui Carthagini dari stipulatur, cum Romæ sit, tacite tempus complecti videtur, quo perveniri Carthaginem potest. d. l. 73. V. inf. l. 137. §. 2. l. 41.

XX.

Stichi promissor, post moram offerendo purgat moram *p*: certè enim doli mali exceptio docebit ei qui pecuniam oblatam accipere noluit. l. 73. §. ult.

*p* L. 17. De periculo & com. l. 51. De actione emptitiâ. V. l. 19. C. de usuris. l. 101. De solutionibus. l. 72. eod.

XXI.

Stipulationum quædam certæ sunt, quædam incertæ. Certum est quòd ex ipsâ pronuntiatione apparet *q*, quid, quale, quantumque sit: ut ecce autem decem,

*q* Quid dicatur certum. V. l. 6. De rebus creditis.

latorem sit interpretatio.

Statim debetur quod sine die debetur.

Si quid in arbitrium tertii collatum sit, idque non arbitretur, non valet stipulatio.

Hæc verba (cum petiero) (conditionem non faciunt, & mortuo stipulatore debetur hæredi.

Conventio judicialis inter prætem habet prætorum.

Doli clausula ad non expressa pertinet.

Rei æstimatio ejus temporis faciendâ quo dari debuit.

In disjunctivis conditionibus, alterius eventu committitur stipulatio.

Pura stipulationi accedit necessaria est ipsa re dilatio.

Post moram oblatio moram purgat.

In stipulationem deducimus vel certum aliquid vel incertum.

Pœna stipulationis & commissi cum defuncto, adversus omnes hæredes committitur, si vel ab uno commissi sit.

In stipulatione sub conditione & in diem, post conditionis eventum expectanda dies.

Si res legata post moram hæredis perierit, ipse tenetur.

Turpis stipulatio reprobat.

Error in nomine, si de re constat, stipulationi non nocet.

Si res ante diem perierit, liberatur promissor.

Ex dolo personali, & eo quem dicunt dolum reipsa, sic.

Alteri inutiliter stipulor, nisi meâ interest.

Contra stipulor.

fundus Tusculanus, homo Stichus, tritici Africi optimi modii centum, vini Campani optimi amphoræ centum. Ubi autem non apparet quid, quale quantumque est in stipulatione, incertam esse stipulationem dicendum est. Ergo si quis *fundum* sine propriâ appellatione, vel *hominem* generaliter sine proprio nomine, aut *vinum frumentumve* sine qualitate, dari sibi stipulatur incertum deducit in obligationem. Usque aded ut si quis ita stipulatus sit, *Tritici Africi boni modios centum, vini Campani boni amphoras centum*, incertum videatur stipulari: quia bono melius inveniri potest. Quo fit ut boni appellatio non sit certæ rei significativa; cum id quod bono melius sit, ipsum quoque bonum sit. At cum *optimum* quisque stipulatur, id stipulari intelligitur cujus bonitas principalem gradum bonitatis habet: quæ res efficit ut ea appellatio certi significativa sit. l. 74. l. 75. d. l. §. 1. & 2.

## XXII.

Si stipulatus fuerim illud aut illud, quod ego voluerō, hæc electio personalis est. l. 76. In hæredes tamen transit obligatio, & ante electionem mortuo stipulatore. d. l. 76. V. n. 40.

## XXIII.

Ad diem sub pœnâ pecunia promissa r, & ante diem mortuo promissore, committetur pœna, licet non sit hæreditas ejus adita. l. 77. l. 82. §. 1.

r Contra in l. Æmilius de minoribus.

## XXIV.

In stipulationibus id tempus spectatur quo contrahimus. l. 78. l. 144. ff. de reg. jur. l. 18. eod.

## XXV.

Quoties in stipulationibus ambigua oratio est, commodissimum est id accipi, quo res, quâ de agitur f, in tuto sit. l. 80.

f Magis ut actus valeat.

## XXVI.

Si post moram promissoris homo decesserit, tenetur nihilominus, perinde ac si homo viveret t. l. 82. §. 1. V. f. l. 23. & l. 33.

t Si Stichum stipulatus de alio sentiam, tu de alio, nil actum erit; quod in judiciis Aristo existimavit; sed hic magis est ut is petitus videatur de quo actor sensit: nam stipulatio ex utriusque consensu valet; iudicium autem etiam in invitum redditur, & ided actori potius credendum est; alioquin semper negabit reus se consensisse. l. 83. §. 1. h. t. V. l. 16. De judiciis. l. 57. De obligationibus & actionibus. l. 15. De jurisdictione.

Quoties culpa intervenit, debitoris perpetuatur obligatio u. l. 91. §. 3.

u La loi 83 §. 5. dit: Casum adversamque fortunam hominis liberi expectare neque civile, neque naturale est. l. 34. §. 2. De contrahenda emptione. La loi 85. dit: In executione obligationis sciendum est quatuor causas esse. Nam interdum est aliquid quod à singulis hæredibus divisum consequi possumus. Aliud quod totum peti necesse est, nec divisum præstari potest. Aliud quod pro parte petitur, sed solvi nisi totum non potest. Aliud quod solitum petendum est, licet in solutionem admittat solutionem.

## XXVII.

Mora rei fidejussori quoque nocet. x. l. 88.

x Unde usuræ currunt adversus fidejussorem ex morâ rei, modo fidejussor in omnem causam intercesserit. l. 54. Locati conducti. Cujac. ad l. 21. §. 1. De usuris. l. 2. §. 2. De administratione rerum ad civitates pertinentium. l. 10. C. de fidejussoribus. V. l. 68. De fidejussoribus. l. 10. Rem pupilli vel adolescentis salvam fore.

## XXVIII.

(In questionibus de bono & æquo) plerumque, sub auctoritate juris, scientiâ periculosè erratur. l. 91. §. 3.

## XXIX.

Quidquid adstringendæ obligationis est, id nisi palam verbis exprimitur y omissum intelligendum est, ac ferè secundum promissorem interpretamur: quia stipulatori liberum fuit verba latè concipere. l. 99. V. n. 31. z.

y Omissum in contractu habetur pro omissio. z V. supra. l. 38. §. 18. l. 39. De pactis. l. 21. De contrahendâ emptione. & l. 26. De rebus creditis.

## XXX.

Conditio in præteritum non tantum in præsens

tempus relata, statim aut peremit obligationem, aut omnino non differt. l. 100.

## XXXI.

Si ita post annum aut biennium dabis, post biennium debentur. Quia in stipulationibus id servatur, ut quod minus esset quodque longius a esse videtur in obligationem deductum. l. 109. b.

a V. l. 47. De obligationibus & actionibus. b L. 138.

## XXXII.

Si quis stipulatus sit *Stichum aut Pamphilum, utrum ipse vellet*, quem elegerit petet: & is erit solus in obligatione. An autem mutare voluntatem possit & ad alterius petitionem transire, quærentibus respiciendus erit sermo stipulationis c. l. 112. V. inf. l. 138. §. 1.

c V. l. 20. de optione legatâ.

## XXXIII.

In insulam deportato reo promittendi, stipulatio ita concepta, cum morieris dari; non nisi moriente eo committitur d. l. 121. §. 2.

d Mais la banqueroute fait échoir les billets.

## XXXIV.

Plerumque ea quæ præfationibus convenisse concipiuntur, etiam in stipulatione reposita creduntur e. l. 134. §. 1.

e La loi 134. in fin. princ. dit: Inhonestum visum est vinculo pœnæ matrimonia obstringi sive futura sive jam contracta.

## XXXV.

Plura ad iudicis cognitionem remittenda sunt f. l. 135. §. 2. in f.

f Hobbes de Cive. 13. 15.

## XXXVI.

Cum stipulatus sum *Ephesi dari*; inest tempus. Quod autem accipi debeat, quæritur. Et magis est ut totam eam rem ad iudicem, id est, ad virum bonum remittamus, qui æstimet quanto tempore diligens paterfamilias conficere possit quod facturum se promiserit. l. 137. §. 2. g.

g Le §. ajoute: Ut qui Ephesi daturum se promiserit, neque diplomate, diebus ac noctibus, & omni tempestate contemptâ, iter continuare cogatur; neque tam deligatè progredi debeat, ut reprehensione dignus sit. Diplomata sunt codicilli qui dantur cursu publico utentibus l. 27. in fine ad legem Corn. De falsis. Diplomate uti, *courir la poste*. Godefroi.

Item qui *insulam fieri* spondit, non utique conquisitis undique fabris, & plurimis operis adhibitis, festinare debet: nec rursus utroque \* aut altero contentus esse: sed modus adhibendus est secundum rationem diligentis ædificatoris, & temporum locorumque. l. 137. §. 3.

## XXXVII.

Eum qui *certarum nundinarum diebus dari* stipuletur h, primo die petere posse Sabinus ait: Proculus autem & cæteri diversæ scholæ auctores quamdiu vel exiguum tempus ex nundinarum spatio superesset, peti posse existimant: sed ego cum Proculo sentio. l. 138.

h Imo totus novissimus dies arbitrio solventis est. V. l. 70. De solutionibus. i V. l. 47. De obligationibus. l. 109. h.

## XXXVIII.

Cum purè stipulatus sum, *illud aut illud dari*, licet tibi, quoties voles, mutare voluntatem in eo quod præstaturus sis: quia adversa causa est voluntatis expressæ, & quæ inest. l. 138. §. 1. V. f. l. 112.

## XXXIX.

Omnes stipulationes, etiam si non solemnibus, vel directis, sed quibuscumque verbis consensu contrahentium compositæ sunt, vel legibus cognitæ suam habeant firmitatem. l. 10. C. de contr. & comm. stip.

## XL.

Sancimus omnem stipulationem sive in dando, sive in faciendo, sive mixta ex dando & faciendo inveniantur, & ad hæredes l, & contra hæredes transmitti, sive specialis hæredum fiat mentio, sive non. Cur enim quod in principalibus personis iustum est, non ad hæredes, & adversus eos transmittatur? l. 13. C. de contr. & comm. stipul.

l Non solum nobis, sed & hæredibus nostris contrahimus.

præsens aut in præteritum relata statim effectum habet. In stipulationibus obligatio alternativa ad minus redigitur.

An variari possit cui est jus eligendi à verbis pendet.

Stipulatio ad tempus moris de morte naturali intelligitur.

Præfationum habenda ratio.

Multa iudicis arbitrio relinquenda.

In stipulationibus faciendis is diligentis modus exigitur, quem pro locis & temporibus vir bonus arbitretur.

\* Uno aut altero.

Cui diebus nundinarum debetur, non primo die, sed quamdiu exiguum tempus superest petere potest.

Promissor alterutrius variare potest.

Quibuscumque verbis de consensu conficitur relictæ contrahitur.

Omnis stipulatio ad hæredes, & in hæredes transit.

Stipulatoris electio transit ad hæredem.

Pœna stipulationis etiam ante diem mortuo promissore committitur.

Tempus contractus spectandum.

Ambigua sic accipimus ut id de quo agitur in tuto sit.

Si res post moram promissoris perierit, obligatio quæ rei interitu erat perpetuatur.

Fidejussori nocet mora rei.

Ubi de bono & æquo agitur, cavendum ne juris auctoritate erretur.

Secundum promissorem stipulationem obscuram interpretamur.

Conditio in

XII.

Ex eo instrumento nullam vos habere actionem, in quo contra bonos mores de successione futura interposita fuit stipulatio, manifestum est: cum omnia quæ contra bonos mores, vel in pactum, vel in stipulationem deducuntur, nullius momenti sint. l. 4. C. de inutil. stipul. m.

m Lex ultima C. de pactis. l. 29. & 30. De donationibus.

TITULUS II.

De duobus reis constituendis.

I.

QUI stipulatur, reus stipulandi dicitur; qui promittit, reus promittendi habetur. l. 1.

II.

Cum duo eandem pecuniam aut promiserint aut stipulati sunt, ipso jure & singuli \* in solidum debentur, & singuli debent. l. 2. V. infr. l. 11. §. 1.

III.

In duobus reis promittendi frustra timetur novatio. Nam licet ante prior responderit, posterior etsi ex intervallo accipiatur, consequens est dicere pristinam obligationem durare, & sequentem accedere; & parvi refert simul spondeant, an separatim promittant: cum hoc actum inter eos sit ut duo rei constituantur, neque ulla novatio fiet. l. 3.

IV.

Ubi duo rei facti sunt, potest vel ab uno eorum solidum peti: hoc est enim duorum reorum, ut unusquisque eorum in solidum sit obligatus, possitque ab alterutro peti. l. 3. §. 1.

Creditor prohiberi non potest exigere debitum a, cum sint duo rei promittendi ejusdem pecuniæ, a quo velit. Et ideo, si probaveris te conventum in solidum exolvisse, rector Provinciæ adjuvare te adversus eum, cum quo communiter mutuam pecuniam accepisti, non cunctabitur b. l. 2. C. eod. V. inf. n. ult.

a Celui des co-obligés qui a payé avec cession les donations du créancier, peut-il exercer le recours solidaire contre les autres, sa part confuse? M. Gueret sur M. le Prêtre, cent. 1. C. 69. tient l'affirmative. Il répond à l'Arrêt de Dufresne du 22 Février 1650. l. 5. C. 54. ce que Dufresne dit lui-même que cet Arrêt répugnoit à la discipline publique, & qu'il vaut mieux suivre les Arrêts de Louet. l. R. n. 11. Il répond encore à l'Arrêt du 5. Septembre 1674. rendu contre Cochon Procureur, qui vouloit faire des frais. Duperier, 3. 15. b Contra olim, quia proprium quis non alienum negotium gesserat. V. infra de fidejussoribus. n. 14. & n. 20. Est hic Tribonianismus. Anton. Fab. conject. Duperier, l. 3. q. 15.

V.

Ex duobus reis promittendi alius in diem, vel sub conditione obligari potest: nec enim impedimento erit dies, aut conditio quominus ab eo qui pure obligatus est, petatur. l. 7.

VI.

Eandem rem apud duos pariter deposui c, utriusque fidem in solidum secutus d: vel eandem rem duobus similiter commodavi: fiunt duo rei promittendi, quia non tantum verbis stipulationis, sed & cæteris contractibus, veluti emptione, venditione, locatione, conductione, deposito, commodato, testamento, ut puta, si, pluribus hæredibus institutis testator; dixit Titius & Mevius Sempronio decem dato. c. l. 9.

c Voyez le conseil donné par Démophile à un dépositaire.

d V. l. 47. Locati conducti. e La loi 10 dit: Si duo rei promittendi socii non sint, non prodiderit alteri quod stipulator alteri reo pecuniam debet. La loi 11. dit: Reos promittendi vice mutuâ fidejussores non inutiliter accipi convenit.

Et stipulationum Prætoriarum duo rei fieri possunt. l. 14.

VII.

Cum tabulis esset comprehensum, illum & illum centum aureos stipulatos, neque adjectum, ita ut duo rei stipulandi essent, virilem partem singuli stipulari videbantur. Et è contrario cum ita cautum inveniretur,

TOM. II.

tot aureos rectè dari stipulatus est Julius Carpus, spondimus ego Antonius Achilleus & Cornelius Dius, partes viriles deberi: quia non fuerat adjectum singulos in solidum spondidisse, ita ut duo rei promittendi fierent f. l. 11. §. 1. 2.

f V. contra l. 2. supra, in qua tamen de pecuniâ agitur. Vix est ut concilientur leges Digestorum circa soliditatem. Locum habet in mandato, deposito, commodato, & quando quis duorum fidem in solidum secutus est. Hic verò exigitur ut expressè adjecta fuerit. Idem in Nov. 99. quam sequimur.

Exprimere debueras tuis precibus utrumve in partem an in solidum singuli vos obligaveritis, ac duo rei promittendi extiteritis: cum, siquidem ab initio unusquisque pro parte sit obligatus, egredi contractus fidem non possit: si vero in solidum, electio rescripto adimi non debeat. l. 3. C. de duob. reis stip. & prom.

VIII.

Si reus promittendi altero \* reo hæres extiterit, duas obligationes eum sustinere dicendum est g. Nam ubi quidem altera \* differentia obligationum esse possit, ut in fidejussore & reo principali, constitit alteram ab alterâ perimi h: cum verò ejusdem duæ potestatis sint, non potest reperiri quâ altera potius quàm alteram consummari. Ideoque etsi reus stipulandi hæres extiterit, duas species obligationis eum sustinere. l. 13. V. l. 5. in f. de fidejuss.

g L. 3. §. 2. De solutionibus.

h Et de novâ cavendum est. l. 8. §. 3. Qui satisfacere coguntur.

IX.

Ex duobus reis stipulandi i, si semel unus egerit, alteri promissor offerendo pecuniam, nihil agit. l. 16.

i Primo agenti solvendum est, se nonne is partiri debet cum altero, si quidem in correis debendi, qui totum solvit, regressum habet. l. 2. C. h. t. V. l. 1. §. 13. De tutelâ rationibus nisi socii sint.

X.

Ex duobus reis ejusdem Stichi promittendi factis, alterius factum alteri quoque nocet. l. 18. V. inf. n. 12.

XI.

Cum duo eandem pecuniam debent, si unus capitis diminutione exemptus est obligatione, alter non liberatur: multum enim interest, utrum res ipsa solvatur, an persona liberetur. Cum persona liberatur manente obligatione, alter durat obligatus: & ideo si aquâ & igni interdictum est alicui, fidejussor postea ab eo datus tenetur. l. ult.

XII.

Si reus stipulandi, vel plurium stipulandi correorum unus, promissorem, vel plurium promissorum unum interpellaverit, aut si promissor, vel unus promissorum spontè agnoverit debitum uni stipulatorum, tota obligatio omnibus stipulatoribus adversus omnes promissores integra perpetuatur l. ult. C. de duob. reis stip. & prom. m.

l V. 48. De fidejussoribus. & l. 47. eod. Id verum est inter correos dumtaxat, id est, qui se invicem & mutuò obligaverunt principaliter: secus inter eos qui in solidum quidem obligati sunt; veluti tutores, derelinquentes, &c. sed quid reciprocam non subierunt obligationem, neque inter realiter tantum obligatos. Quid inter realiter obligatos in solidum, si alter totum solvat? Regressum habet adversus alterum. Verum regressus iste exerceri debet intra triginta annos (à die obligationis) sicut & ipsa actio principalis moveri debet intra triginta annos, adeò ut per eosdem triginta annos & actio principalis & actio regressus nomine extinguitur; ne solutio ab uno facta alteri noceat postquam hic per præscriptionem liberatus est: nam præscriptio pro solutione est. Regulariter & jure antiquo, qui totum solvit, regressum non habet, quia suum negotium gessit; datur dumtaxat iste regressus benignitatis nomine. Verum ista benignitas verti non debet in præjudicium alterius, ita ut postquam liberatus est ab actione principali, teneatur adhuc regressus nomine, licet à compossessore pulsatus inquietudine litis non fuerit. V. Molin. De usuris. q. 89. n. 671. & sequens.

m V. Louet. l. P. n. 2.

XIII.

Si duo vel plures in solidum promiserint n, non in solidum tamen singuli, pro suâ quisque parte conveniunt. Verum quod à quibusdam exigi non potuerit, cæterorum onus erit. Nov. 99.

n Quid? ex istâ Novel. Divisio facta estne inter creditores sicut

b b ij

\* alteri.  
Si correus debendi correus hæres extiterit, duas sustinet obligationes: non reus fidejussor succedens aut fidejussor reo, accedit enim fidejussio obligationi.

\* aliqua.

Uno reorum stipulandi petente, non rectè alteri solvitur.

Factum correi correo nocet.

Mors civilis alterius correorum alterius obligationem non minuit.

Unius stipulatorum, vel unius promissorum facta, obligationis præscriptio interruptitur.

Obligatis in solidum conceditur beneficium dividendæ obligationis: sic tam. n. ut si qui non

Reprobatur stipulatio de futura successione.

Reus alter stipulandi, alter promittendi.

Simul idem promittentes in solidum singuli debent: simul idem stipulantibus solidum singulis debetur.

\* Singulis in solidum debetur.

Secundus promissor priori accedens, licet ex intervallo, non facit novationem: sed fit correus.

Ab uno correorum in solidum totum peti potest: isque ab altero recipit, quod pro eo solvit.

Correorum alter pure, sub conditione alter, vel in diem obligari potest.

Ex omni contractu, imo & ex testamento & stipulatione prætoriarum correi in solidum fieri possunt.

Nec stipulatio, nec promissio fit in solidum, nisi id agatur.

sint solvendo,  
ceteri teneantur.

196

inter debitores? Respondeo affirmativè. Vide Duperier, l. 3. q. 14. & 17.

quas adversus Titium habes, mihi præstiteris. l. 13. I X.

# LIBER XLVI. TITULUS I.

## De fidejussoribus & mandatoribus.

### I.

Omni obligationi etiam ex deposito, & commodato, & delicto fidejussor accipere potest.

OMNI obligationi fidejussor accipere potest l. 1. Et commodati, & depositi fidejussor accipi potest, & tenetur. l. 2.

Et generaliter omnium obligationum fidejussorem accipi posse nemini dubium est a. l. 8. §. 6.

a Excipe casum interdicti. l. 6. De verborum obligationibus.

Sed & si ex delicto oriatur actio, magis putamus teneri fidejussorem. l. 8. §. 5. V. l. 70. §. ult.

### II.

Non accipitur fidejussor, nisi qui obligari possit & conveniri.

Qui satisfacere promisit, ita demùm implese stipulationem satisfactionis videtur, si eum dederit accessionis loco, qui obligari potest, & conveniri b. l. 3.

b Fidejussor debet renunciare privilegio fori. l. 2. Qui satisfacere coguntur. l. 7. in p. eod.

### III.

Qui semel fidejussorem probavit, licet non idoneum, reprobare non potest.

Planè si non idoneum fidejussorem dederit, magis est ut satisfactum sit, quia qui admisit eum fidejubentem, idoneum esse comprobavit c. l. 3. in f.

c L. 10. Qui satisfacere coguntur. l. 3. & 4. Ut in possessionem legatorum.

### IV.

Futura obligationis fidejussor accipi potest & præcedentis: & aut purè aut sub conditione, aut ex die.

Potest accipi fidejussor ejus actionis quam habiturus sum adversus eum pro quo fidejussi, vel mandati, vel negotiorum gestorum d. l. 4.

d Fidejussor in antecessum obligationis; mais les biens du Fidejussor ne seront hypothéqués que du jour de l'obligation contractée par le débiteur qui emprunte. V. l. 1. l. 9. l. 11. §. 1. Qui potiores, & l'obligation accessoire ne peut subsister sans principal. Quid, peut-on opposer qu'il ne dépend pas du Fidejussor de n'être pas obligé, & que l'obligation du Fidejussor est conditionnelle, & la condition a un effet rétroactif dans le contrat? D'ailleurs il peut y avoir hypothèque sur les biens du Fidejussor, sans qu'il y en ait sur ceux du débiteur, si le cautionnement est passé pardevant Notaire, & que le débiteur ne soit obligé que sous seing-privé. Ce parti est le meilleur, & c'est un principe que fidejussor, pignus & hypotheca possunt accipi in antecessum futurae obligationis. Vide l. 16. infra. & l. 8. §. 4. h.

Stipulatus sum à reo, nec accepi fidejussorem; postea volo adjicere fidejussorem; si adjecero, fidejussor obligatur. Et parvi refert utrùm purè fidejussorem obligem, an ex die, an sub conditione. Adhiberi autem fidejussor tam futurae, quàm præcedenti obligationi potest dummodo sit aliqua, vel naturalis futura obligatio. l. 6. d. l. §. 1. & 2.

### V.

Fidejussoris obligatio transit ad ejus hæredem.

Fidejussor & ipse obligatur, & hæredem obligatum relinquit, cum rei locum obtineat. l. 4. §. 1.

### VI.

Fidejussor in leviolem causam quàm reus, obligari potest, non in duriolem.

Illud commune est in universis qui pro aliis obligantur, quod si fuerint in duriolem causam adhibiti, placuit eos omninò non obligari e. In leviolem planè causam accipi possunt. Propter quod in minorem summam rectè fidejussor accipietur. Item accepto reo purè, ipse ex die, vel sub conditione accipi potest. Enim verò si reus sub conditione sit acceptus, fidejussor purè non obligabitur. l. 8. §. 7.

e Obligantur saltem in veram causam. l. 22. Mandati vel contra.

### VII.

Fidejussoris fidejussor datur.

Pro fidejussore fidejussorem accipi, nequaquam dubium est. l. 8. §. ult.

### VIII.

Fidejussori solventi debet creditor prestare actionem adversus reum.

Si mandatu meo Titio decem credideris f, & mecum mandati egeris, non liberatur Titius, sed ego tibi non aliter condemnari debebo, quàm si actiones

f Beneficium cedendarum actionum. l. 17.

Fidejussor non nisi discussis rei facultatibus convenitur.

Hoc primum fidejussorum beneficium: alia duo vide inf. n. 14. & n. 16.

Invito reo ejus exceptionibus utitur fidejussor.

Non alii obligatur fidejussor, quàm cui reus.

Naturalis obligatio ea est ex qua debitum non exigitur, sed solutum non recipitur.

Conditionis fidejussoria eventus non antevertit ejus obligationem, si pendeat rei obligatio.

Uni fidejussorum solventi solidum, creditor actiones cedere compellitur.

Si cum Titio debitore egeris, ego (mandator) non liberabor, sed in id duntaxat tibi obligatus ero quod à Titio servare non potueris. l. 13. in f. l. 55. in f. l. 68. §. 1. in f.

Prius debitor conveniendus, & quod ab eo creditor non potuerit recipere, secundùm hoc ad fidejussorem, aut sponsolem, aut mandatorelem veniat, & ab illo quod reliquum est sumat. Nov. 4. c. 1.

### X.

Si stipulatus esses à me sine causâ, & fidejussorem dedissem g, & nollem eum exceptione uti, sed potius solvere, ut mecum mandati judicio ageret; fidejussori, etiam invito me, exceptio dari debet. Interest enim ejus pecuniam retinere potius, quàm solutam stipulari à reo repetere. l. 15.

g V. legem 19. De exceptionibus. l. ult. De pactis.

Ex personâ rei, & quidem invito reo, exceptio & cætera rei commoda fidejussori, cæterisque accessionibus competere potest. l. 32.

### XI.

Fidejussor obligari non potest ei apud quem reus promittendi obligatus non est. l. 16.

### XII.

Naturales obligationes non eo solo æstimantur, si actio aliqua eorum nomine competit, verùm etiam cum solutâ pecuniâ repeti non potest. Nam licet minus propriè debere dicantur naturales debitores, per abusionem intelligi possunt debitores: & qui ab his pecuniam recipiant, debitum sibi recepisse. l. 16. §. 4. V. f. de obl. & act. n. 26.

### XIII.

Stipulatione, in diem conceptâ, fidejussor si sub conditione acceptus fuerit, jus ejus in pendentem erit: ut si ante diem conditio impleta fuerit, non obligetur: si concurret dies & conditio, vel etiam diem conditio secuta fuerit, obligetur. l. 16. §. 5.

### XIV.

Fidejussoribus succurri solet, uti stipulator compellatur ei qui solidum solvere paratus est, vendere cæterorum nomina h. l. 17. V. l. 39. l. 41. §. 1. l. 13.

h Quid possuntne actiones cedi ex intervallo propter legem 76. De solutionibus? V. l. 57. De legatis 19.

Cum is, qui & reum & fidejussores habens, ab uno ex fidejussoribus acceptâ pecuniâ, præstet actiones, poterit quidem dici nullam jam esse, cum suum perceperit, & perceptione omnes liberati sunt. Sed non ita est, non enim in solutum accipit, sed quodammodo nomen debitoris vendidit, & idèò habet actiones, quia tenetur ad id ipsum ut præstet actiones. l. 36. l. 76. de solutionibus. l. 28. Mandati vel contra.

Cum alter ex fidejussoribus in solidum debito satisfaciat, actio ei adversus eum qui unâ fide jussit non competit i. Potuisti sanè, cum fisco solveres, desiderare ut jus pignoris quod fiscus habuit in te transferetur, & si hoc ita factum est, cessis actionibus uti poteris, quod & in privatis debitis observandum est. l. 11. C. de fidejuss.

i Quia fidejussor suum proprium non alienum negotium gessit. Idem olim in correis; secus hodie. l. 2. C. De duobus reis. V. n. 4. 5. De duobus reis, & infra l. 39.

### XV.

Hæres à debitore hæreditario fidejussorem accepit, deindè hæreditatem ex Trebelliano restituit. Fidejussoris obligationem in suo statu manere ait. Idemque in hac causâ servandum, quod servaretur cum hæres contra quem emancipatus filius bonorum possessionem accepit, fidejussorem accepit. Ideoque in utrâque specie transeunt actiones l. l. 21.

l L. 25. ait: si quis pro pupillo sine tutoris auctoritate obligato, prodigove, vel furioso fidejusserit; magis esse ut ei non subveniatur: quoniam his mandati actio non competit. V. contra l. 6. De verborum obligationibus. Gotofredus legit: Quamvis ei mandati actio non competit. V. l. 46. h.

### XVI.

Inter fidejussores non ipso jure dividitur obligatio.

Dividitur

obligatio inter fidejussores qui solvendo sunt.

*Ex Epistola divi Hadriani* : & idèd si quis eorum , antè exactam à se partem , sine hærede decesserit , vel ad inopiam pervenerit , pars ejus ad cæterorum onus respicit. *m. l. 26.*

*m* Nonne distinguendum est inter eos qui simul uno actu fidejusserunt , & eos quorum alter post alterum fidejussit ? tunc enim primus accessit alienæ obligationi integræ & solus. Secundus autem potuit ignorare primum fidejussisse.

Ut autem is qui cum altero fidejussit , non solus conveniatur , sed dividatur actio inter eos qui solvendo sunt , ante condemnationem ex ordine postulari solet. *l. 10. §. 1. C. de fidejuss. V. §. 4. inst. eod.*

## XVII.

Sicut ipsi fidejussori , ita hæredibus quoque eorum succurrendum. *l. 27. §. 3.*

## XVIII.

Fidejubere pro alio potest quisque , etiam si promissor ignoret. *l. 30.*

## XIX.

Si Fidejussor , vel quis alius pro reo ante diem creditori solverit , expectare debet diem quo eum solvere oportuit. *l. 31.*

## XX.

Ut fidejussor adversus confidejssorem suum agat , danda actio non est. Idèdque si ex duobus fidejussoribus ejusdem quantitatis , cum alter electus à creditore totum ei exsolvet *n* , nec ei cessæ essent actiones ; alter nec à creditore , nec à fideconjussore convenietur. *l. 39.*

*n* V. suprâ n. 14. in fine.

## XXI.

Si fidejussores in id accepti sunt , quod à curatore servari non possit , & post impletam legitimam ætatem , tam ab ipso curatore , quàm ab hæredibus ejus in solidum servari potuit *o* ; & cessante eo qui pupillus fuit *p* , solvendo esse desierit , non temerè *q* utilem in fidejssores actionem competere. *l. 41.*

*o* Parentes pupilli vel judex fidejssorem pro pupillo acceperunt ab ejus curatore , sed subsidiarium dumtaxat , id est , in id quod à curatore servari non possit. *p* *Loiseau concilie ces deux Loix , en distinguant le Fidejussor subsidiaire & le Fidejussor pur & simple. q* Facile.

Si fidejussor creditori denunciaverit ut debitorem ad solvendam pecuniam compelleret , vel pignus distraheret , isque cessaverit , an possit eum fidejussor doli mali exceptione summovere ? respondit , non posse. *l. 62.*

## XXII.

Cum lex venditionibus occurrere voluerit *r* , fidejussor quoque liberatur *s* : èd magis quod per ejusmodi actionem ad reum pervenitur *t*. *l. 46.*

*r* *V. l. 25. h. l. Par exemple si une veuve qui se remarie donne le conquêt de sa première communauté avec garantie contre l'article 279. de Paris. Gotofr. ait: Putà de donationibus inter conjuges quæ veritæ sunt. t* Quid du Fidejussor d'une femme mariée qui s'oblige sans son mari ? Id locum habet in fidejssore minoris. Vide *n. 27.*

## XXIII.

Si Titius & Seia pro Mævio fidejusserint , subductâ muliere dabimus in solidum adversus Titium actionem. Cum scire potuerit aut ignorare non debuerit mulierem frustra intercedere *u*. *l. 48. V. ult. de duobus reis.*

*u* *La loi 47. dit : Si debitori deportatio irrogata est , non posse pro eo fidejssorem accipi , scribit Jul. quasi obligatio extincta sit. V. Duperier , l. 1. q. 6. Ratio quia condemnatus intelligitur mortuus civiliter & hæreditatem habet , unde sicut bonis exiit , ita & omni ære alieno liberatur. V. l. 6. De verborum obligationibus. La loi 47. dit : Si debitori deportatio irrogata est non posse pro eo fidejssorem accipi scribit Julianus , quasi tota obligatio contra eum extincta sit. Duperier , l. 1. q. 6. hoc limitat ad obligationem contractam ante deportationem , quia deportatus exiit bonis , & successorem accipit : secus si post condemnationem mutuum acceperit & fidejssorem dederit , quia remanet capax juris naturalis & gentium. Obligatur saltem naturaliter & obligatio naturalis sufficit ad fidejssionem. l. 16. §. 3. De fidejssoribus. Quid de minore si restituatur adversus fidejssorem ? Vide §. 1. cujus distinctioni non plaudo.*

## XXIV.

Creditor pignus distrahere non cogitur , si fidejssorem simpliciter acceptum omisso pignore , velit convenire. *l. 51. §. 3.*

Sed neque ad res debitorum quæ ab aliis detinentur veniat prius , antequàm transeat viam super personaribus contra mandatores , & fidejssores , & sponsores. *Nov. 4. C. 2.*

## XXV.

Non deceptus videtur jure communi usus. *l. 51. §. 4. ult. C. de in integrum restitutionibus.*

## XXVI.

Cum facto suo reus principalis obligationem perpetuat *x* , etiam fidejssoris durat obligatio : veluti si moram fecit in Stichò solvendo *y* , & is decessit. *l. 58. §. 1.*

*x* *Le Débiteur peut couvrir la péremption au préjudice du Fidejussor. Quid si elle emportoit prescription ? V. l. 3. §. 1. Quæ in fraudem creditorum , sed dumtaxat debitor hic jure suo non usus est , sed fidejssor potest adesse liti ne colludatur. Authent. Nunc. C. De litig. y* Reus potest perpetuare obligationem morâ suâ. Quid potestine augere usuris ex morâ ? *V. l. 88. De verborum obligationibus.*

## XXVII.

Ubi cumque reus ita liberatur à creditore , ut naturâ debitum maneat , teneri fidejssorem respondit *z*. Cum verò genere novationis transeat obligato , fidejssorem aut jure , aut exceptione liberandum. *l. 60.*

Minoris fidejssor , eo restituto , non liberatur , nisi intervenerit dolus creditoris. *l. 1. & 2. C. de fidejss. min. a.*

*z* Quid post præscriptionem debitori acquisitam ? Fidejssor liberatur. Si debitor perperam à judice absolutus sit , liberatur fidejssor propter auctoritatem judiciorum.

*a* *V. l. 10. Rem pupilli salvam ubi fidejssor tutoris debet usuras. l. 2. §. 2. De administratione rerum ad Civ. pertinent.*

## XXVIII.

Fidejssores Magistratum in pœnam , vel vindictam quam non spondissent , non debere conveniri decrevit. *l. 68. b.*

*b* *La caution du bail sera tenue des dommages & intérêts de l'incendie. Secus de la simple caution des loyers. Dargentré , l. 54. Locati. Quid de usuris quæ ex morâ veniunt. V. l. 88. De verborum obligationibus. l. 54. Locati. l. ult. De magistrat. conveniendis. l. 17. §. ult. Ad municip. l. 21. §. 1. eod. l. 10. Rem pupil. sal.*

Fidejssores Magistratum in his quæ ad reipublicæ administrationem pertinent , teneri ; non in his quæ ob culpam , vel delictum eis pœnæ nomine irrogentur ; tam mihi quàm divo Severo patri meo placuit. *l. un. C. de peric. eor. qui pro mag. interv.*

## XXIX.

Id quod vulgò dictum est *c* , maleficiorum fidejssorem accipi non posse , non sic intelligi debet , ut in pœnam furti , is cui furtum factum est , fidejssorem accipere non possit. *l. 70. §. ult. V. l. 8. §. 5.*

*c* *V. l. 68. §. 1. Quæ multum obtinet in praxi ubi fidejssor tenetur de secundâ summâ , non de primâ , si forte debitor solvendo sit in primâ summâ , parce que le Fidejussor ne seroit que certificateur , & les créanciers ne trouveroient aucune sûreté dans le cautionnement. V. les Arrêts de Augéard , t. 2. art. 89.*

## XXX.

Si vel unum è reis , vel unum è fidejssoribus creditor convenerit , non amittit jus agendi contra cæteros. *l. 28. C. de fidejuss. & mand.*

## TITULUS II.

## De novationibus &amp; delegationibus.

## I.

NOVATIO est prioris debiti in aliam obligationem vel civilem , vel naturalem transfusio atque translatio *a*. Hoc est , cum ex præcedendi causâ ita nova

*a* *Point de novation in l. 33. §. 3. De donationibus. In l. 24.*

Conveniri potest fidejssor omisso pignore ; & si ad tertium pignus pervenerit , prius conveniri debet fidejssor , quàm pignoris possessor.

Non succurritur usu jure communi.

Facto rei obligatio & proinde fidejssio perpetuatur.

Fidejssor perseverat , si supersit debitum naturale , ( sed novatione perimitur ). Ideoque minoris fidejssor , eo restituto non liberatur.

Fidejssor ejus qui administratione reipublica fungitur , ad pœnam vel multam non obligatur.

Fidejssor accipi potest in pœnam maleficii.

Contra unum reum , vel unum fidejssorem agens , actionem non amittit contra cæteros.

Novatio est prioris obligationis in aliam translatio.

Beneficia fidejssorum eorum hæredibus competunt.

Pro ignorante fidejubere quis potest.

Fidejssor solvens ante diem non aget nisi post diem.

F. de jussor solvens à confidejssore non repetit , nisi ei cedat creditor actionem.

Si eo qui minor fuit cessante , curator desierit esse solvendo , non temerè dabitur actio in fidejssorem , in id acceptum , quod à fidejssore servari non possit.

Non potest fidejssor creditorem cogere , ut in reum agat.

Qui obligationi à lege prohibita fidejssor accessit , liberatur.

Si alter fidejssorum obligari non potuit , totam obligationem subit alter.

constituatur, ut prior perimatur. Novatio enim à novo nomen accepit, & à novâ obligatione. l. 1.

De mortis causâ donationibus. in l. 17. in fine princ. De rebus auctoritate judicis possidendis. in l. 11. §. 1. De pignoratitiâ actione. in l. 1. §. 10. De separationibus. in l. 3. De duobus reis. l. 6. hic. Cujacius 11. ob. C. 32. ait novatione obligationem mutari, superioris temporis ordinem non mutari. Loyseau, *du déguerpissement*, l. 6. C. 7. n. 8. *dit que cette clause de sans préjudicier à l'hypothèque, est d'ordinaire superflue aux Contrats. Voyez Louet & Brodeau. L. N. c. 7.*

## I I.

Illud non interest qualis *processit* obligatio, utrum naturalis, an civilis, an honoraria: & utrum verbis, an re, an consensu: qualiscumque igitur obligatio sit quæ præcessit, novari verbis potest: dummodò sequens obligatio, aut civiliter teneat, aut naturaliter: ut patet si pupillus sine tutoris auctoritate promiserit b. l. 1. §. 1.

b *La femme mariée chez nous ne peut donner lieu à la novation sans l'autorité de son mari.*

## I I I.

Novatio ita demum fit, si hoc agatur, ut novetur obligatio. Cæterum si non hoc agatur, duæ erunt obligationes. l. 2. in f. d.

c *Quare si in stipulatum funeris impensa deducta est, dicendum est locum esse privilegio, si modo quis non objiciendi privilegii causa stipulatus est. l. 17. in fine princ. De rebus auctoritate judicis. d. V. ibi l. 8. §. 1. hic. l. ult. Qui potiores. n. 5.*

Novationum nocentia corrigentes volumina, & veteris juris ambiguitates refecantes, sancimus, si quis vel aliam personam adhibuerit, vel mutaverit, vel pignus acceperit, vel quantitatem augendam, vel minuendam esse crediderit, vel conditionem, seu tempus addiderit, vel detraxerit, vel cautionem minorem acceperit, vel aliquid fecerit ex quo veteris juris conditores introducebant novationes, nihil penitus prioris cautelæ innovari, sed anteriora stare & posteriora incrementum illis accedere e: nisi ipsi specialiter remiserint quidem priorem obligationem, & hoc expresserint, quod secundam magis pro anterioribus elegerint. Et generaliter definimus voluntate solum esse non lege novandum; etsi non verbis exprimat, ut sine novatione (quod solito vocabulo ἀνευναίσιμος Græci dicunt) causa procedat f. Hoc enim naturalibus inesse rebus volumus, & non verbis extrinsecus supervenire. l. ult. C. eod.

e *icet utraque subsistat obligatio, idem tamen non bis datur. f Jure distinguitur. Non fit novatio nisi hoc actum sit. Jure vero Cod. Nisi expressum sit. Actum autem intelligitur tam ex metu debitoris quam creditoris, & apud nos novatio locum habet, nisi hypotheca prioris obligationis expressè retenta fuerit. Vide tamen Louet, l. N. c. 7.*

## I V.

Cui bonis interdictum est, novare obligationem suam non potest, nisi meliorem suam conditionem fecerit. l. 1.

## V.

Si ita fuero stipulatus quantum minus à Titio debitorem exegissem, tantum fidejubes? Non fit novatio, quia non hoc agitur ut novetur. l. 6.

## V I.

Legata, vel fideicommissa, si in stipulatione fuerint deducta, & hoc actum ut novetur, fiet novatio. l. 8. §. 1. V. f. l. 2. in fine.

## V I I.

Quod ego debeo, si alius promittat, liberare me potest, si novationis causâ hoc fiat. l. 8. §. ult.

Me is qui quod debeo promittit, etiam si nolim, liberat. d. §. in fin. V. inf. de solut. l. 23.

## V I I I.

Qui sub conditione stipulatur quæ omnimodo extatura est, purè videtur stipulari. l. 9. §. 1.

## I X.

Delegare est vice suâ alium reum dare creditori, vel cui jusserit. l. 11.

## X.

Novatione legitimè factâ, liberantur hypothecæ g, & pignus: usuræ non currunt h. l. 18.

g V. l. 11. §. 1. De pignoratitiâ actione, l. 17. in fine princ.

De rebus auctoritate judicis possidendis. La Loi 27. dit: Emptor cum delegante venditore pecuniam ita promittit quidquid ex vendito dare facere oportet novatione secutâ usuras neutri post infecuti temporis debet. Nota Venditio fundi parit usuras ipso jure. l. 2. C. De usuris. l. 5. C. De actione emptitiâ.

h Cujacius ad l. 6. Si certum petatur, dit: Pecunia aliunde veniens veluti ex vendito vel ex mandato potest transire in mutuum partium conventionem, nec illa tamen novatio impedit usuras.

Ex contractu pecuniæ creditæ, actio inefficax dirigitur, si delegatione personæ ritè factâ, jure novationis vetustior contractus evanuit. l. 2. C. eod.

## X I.

Doli exceptio quæ poterat deleganti opponi, cessat in personâ creditoris, cui qui delegatus est. Idemque est, & in cæteris similibus exceptionibus. l. 19.

(Qui) jam excessit ætatem viginti quinque annorum, quamvis adhuc possit restitui adversus priorem creditorem, (delegatione exceptionem amittit). Ideò autem denegantur exceptiones adversus secundum creditorem, quia in privatis contractibus & pactionibus, non facile scire petitor potest quid inter eum qui delegatus est i & debitorem actum est, aut etiam si sciat, dissimulare debet, ne curiosus videatur l: & ideò meritò denegandum est adversus eum exceptionem ex personâ debitoris. d. l. 19.

i Creditor curiosus esse debet in l. 3. §. 9. De in rem verso. l. ult. De exercitioria. l. Vide l. 33. §. 3. De donationibus. l. 41. De re judicatâ.

Si Titius donare mihi volens, delegatus à me creditori meo stipulandi spondit, non habebit adversus eum illam exceptionem, ut quatenus facere potest condemnatur. Nam adversus me tali defensione meritò utebatur, quia donatum ab eo petebam, creditor autem debitum persequitur m. l. 33.

m *Secus par la voie de la simple cession sans délégation formelle.*

## X I I.

Tutor (novare) potest, si hoc pupillo expediat n. l. 20. §. 1.

n V. contra l. 96. De solutionibus. Ubi potest tutor delegare, licet non expediat pupillo, modò non malo concilio fecerit. Reverà domini loco habetur. l. 2. De administratione & periculo tutorum.

## X I I I.

Novare possumus aut ipsi, si sui juris sumus, aut per alios, qui voluntate nostrâ stipulantur. l. 20.

Procurator omnium bonorum (novare potest) d. l. 20. §. 1. in f. V. contra l. 60. de procuratoribus.

## X I V.

Agnatum furiosum, aut prodigi curatorem novandi jus habere minimè dubitandum est, si hoc furioso, vel prodigo expediat. l. ult. §. 1.

## X V.

Paulus respondit, si creditor à Sempronio novandi animo stipulatus esset, ita ut à primâ obligatione in universum discederetur, rursùm easdem res à posteriore debitore, sine consensu prioris, obligari non posse. l. 30.

## X V I.

Si duo rei stipulandi sint. o, an alter jus novandi habeat quæritur; & quid juris unusquisque sibi adquisierit? Ferè autem convenit, & uni rectè solvi, & unum judicium petentem totam rem in litem deducere p: item unius acceptilatione perimi utriusque obligationem: ex quibus colligitur q unumquemque perindè sibi acquisisse ac si solus stipulatus esset: excepto eo, quòd etiam factò ejus, cum quo commune jus stipulantis est, amittere debitorem potest. Secundùm quæ si unus ab alio quo stipuletur, novatione quoque liberare eum ab altero poterit, cum id specialiter agit, l. 31. §. 1.

o L. 27. De pactis contra. p L. 13. §. ult. De acceptilatione. l. 16. eod. q Si alter è correis credendi prævenit, debitor non potest alteri solvere. Verùm qui totum accepit debet partem alteri inferre. Arg. l. 2. C. De duobus reis. Ergò ante solutionem totius potest debitor mediam partem alteri non petenti solvere. Item potest hujusce mediæ partis compensationem petenti solidum opponere. V. l. 16. De duobus reis. Nota semper ipso jure inesse societatem in hac parte.

obligationum hypothecis, & omni acceptatione.

Delegatus amittit exceptiones quas habuit adversus priorem creditorem.

Tutor novare potest, si id expediat.

Procurator omnium bonorum novat, vel cui id mandatum.

Item & curator.

Extincta per delegationem obligatione, res prioris debitoris secundus non obligat.

Alter correorum stipulandi rectè petit, recipit, novat.

Omnis obligatio in aliam novari potest.

Non fit novatio nisi hoc agatur ut novetur, & prior obligatio extinguatur.

Bonis interdictus novare non potest, nisi in melius.

Non novat qui fidejussorem accipit.

Legata novari possunt, & in stipulationem deduci.

Invitum liberat qui ejus obligationem in se novandi transfert.

Conditio certò extatura puram facit obligationem.

Delegatio est mutatio debitoris à reo facta.

Novatione & delegatione tollitur prior



Plures obligationes unâ novantur.

In summâ admonendi sumus nihil vetare unâ stipulatione plures obligationes novari, veluti si ita stipulemur. *Quod Titium & Seium mihi dare oportet, id dari spondes?* Licet enim ex diversis causis singuli fuerant obligati, utrique tamen novationis jure liberantur: cum utriusque obligatio in unius personam, à quo nunc stipulemur, confluat. l. ult. §. 2.

## XVIII.

Invitus non delegatur, sed inviti nomen venditur.

Delegatio debiti, nisi consentiente & stipulanti promittente debitore, jure perfici non potest. Nominis autem venditio, & ignorante, vel invito eo adversus quem actiones mandantur, contrahi solet. l. 1. C. de novat. & deleg.

r Discrimen cessionis & delegationis.

## XIX.

Qui in debitorem mandavit actiones, exigere potest ante denuntiationem, & rebus integris.

Si delegatio non est interposita debitoris tui, ac propterea actiones apud te remanserunt, quamvis creditori tuo adversus eum solutionis causâ mandaveris actiones: tamen antequam lis constetur, vel aliquid ex debito accipiat, vel debitori tuo denuntiaverit, exigere à debitore tuo debitam quantitatem non vetaris: & eo modo tui creditoris exactionem contra eum inhibere. l. 3. C. eod.

## XX.

Delegatione liberatur debitor, quamvis cesset creditor exigere à delegato.

Si delegatione factâ jure novationis tu liberatus es, frustra vereris, ne eo quod quasi à cliente suo non faciat exactionem, ad te periculum redundet: cum per verborum obligationem voluntate novationis interpositâ, à debito liberatus sis. l. 3. in f. C. eod.

f Istud verbum non est appositum. Reverâ non est jurisconsultorum sed imperatorum.

## TITULUS III.

## De solutionibus &amp; liberationibus.

## I.

Ex pluribus causis obligatus in quam velit solutum imputat.

QUOTIES quis debitor ex pluribus causis unum debitum solvit, est in arbitrio solventis dicere, quod potius debitum voluerit solutum: & quod dixerit, id erit solutum. Possumus enim certam legem dicere ei quod solvimus. l. 1.

In potestate ejus est qui ex pluribus contractibus pecuniam debet, tempore solutionis exprimere in quam causam reddat. l. 1. C. eod.

## II.

Non eligente debitore in quam causam solvat, eligit creditor, sed in duriorum imputare debet.

Quoties verò non dicimus id quod solutum sit, in arbitrio est accipientis, cui potius debito acceptum fuerat: dummodo in id constituat solutum, in quod ipse, si deberet, esset solviturus, quoque debito se exoneraturus esset, si deberet a: id est, in debitum quod non est in controversiâ, aut in illud quod pro alio quis fidejusserat, aut cujus dies nondum venerat: æquissimum enim visum est creditorem ita rem agere debitoris, ut suam ageret. Permittitur ergo creditori constituere, in quod velit solutum: dummodo sic constituamus, ut in re suâ constitueret, sed constituere in re præsentî, hoc est statim atque solutum est b. Dum in re agendâ hoc fiat, ut vel creditori liberum sit non accipere, vel debitori non dare, si alio modo exsolutum quis eorum velit. Cæterum postea non permittitur. Hæc res efficiet, ut in duriorum causam c semper videatur sibi debere accepto ferre. Ita enim & in suo constitueret nomine. l. 1. 2. 3.

a Idque juxta præceptum alteri ne feceris, &c. tam præclara humanitatis principia.

b V. l. 73. c V. l. 10. §. 1. h. t. & l. 35. De pignoratitiâ actione. In dicta lege 101. Creditor qui pignus distrahit, pretium imputat in quamlibet causam. Arg. tit. C. Etiam ob chirogr. pecun. pig. Item ad puniendam contumaciam debitoris, & ut indemnus evadat creditor. V. tamen. l. 103. qui peut s'appliquer à un héritier qui doit du chef du défunt & de son propre chef. Si le titre qui étoit contre le défunt n'est pas déclaré exécutoire contre l'héritier, il faudra imputer ce que l'héritier a payé sur ce qu'il devoit de son chef, qui nondum compelli poterat. Idem s'il n'étoit héritier que par bénéfice, quand le titre auroit été exécutoire.

Quòd si fortè à neutro dictum sit, in his quidem nominibus, quæ diem (vel conditionem) habuerunt, id videtur solutum, cujus dies venit: & magis quod meo nomine, quàm quod pro alio fidejussorio nomine debeo: & potius quod cum pœnâ, quàm quod sine pœnâ debetur: & potius quod satisfato, quàm quod sine satisfactione debeo. l. 3. §. 1. & l. 4.

Cum ex pluribus causis debitor pecuniam solvit, utriusque demonstratione cessante, potior habebitur causa ejus pecuniæ quæ sub infamiâ debetur: mox ejus quæ pœnam continet d: tertio quæ sub hypothecâ, vel pignore contracta est. Post hunc ordinem potior habebitur propria, quàm aliena causa, veluti fidejussoris quod veteres idèò definierunt, quòd verisimile videretur diligentiam debitorem admonitu ita negotium suum gesturum fuisse. Si nihil eorum interveniat, ventustior contractus ante solvetur e. Si major pecunia numerata sit, quam ratio singulorum exposcit, nihilominus, primo contractu soluto, qui potior erit f, superfluum ordini secundo, vel in totum, vel pro parte minuendo videbitur datum. l. 97.

d Sed quod proprio nomine debetur etiam sine hypothecâ durius est eo quod debetur nomine fidejussorio cum hypothecâ. Quod cum pœnâ vel usuris debetur durius est quàm cum fidejussore. e Si sint duo vel plures contractus ejusdem temporis, in singulos imputabitur pro rata. l. 96. §. 3. l. 8. eod.

f Quid, peut-on payer & recevoir par avance des arrérages d'un contrat de constitution, sans que le débiteur puisse dans la suite les faire imputer au principal pour le diminuer? Le créancier pourroit-il dire qu'il n'avoit intention de morceler son principal, & que le débiteur ne pouvoit en payer une partie? La loi 2. §. 6. De doli exceptione, dit: Accipiendo usuras in futurum distulisse videtur petitionem in id tempus quod est post diem usurarum præstitarum, & tacite convenisse interim se non petiturum. Il faut distinguer entre ce qui est exigé & ce qui est payé volontairement.

## IV.

In his quæ præsentî die debentur, constat quoties indistinctè quid solvitur, in graviolem causam videri solutum: si autem nulla pergraver, id est si omnia nomina similia fuerint, in antiquiorem g. Gravior videtur, quæ & sub satisfactione videtur, quàm ea quæ pura est. l. 5.

g Contra le débiteur a intérêt d'éteindre les nouvelles dettes, parce qu'il empruntera plus aisément de l'argent pour payer les anciennes en donnant la subrogation; mais c'est une subtilité.

## V.

Si quid ex famosâ causâ & non famosâ debeatur, id solutum videtur quod ex famosâ causâ debetur; proinde si quid ex causâ judicati, & non judicati h debetur, id putem solutum quod ex causâ judicati i debetur l. 1. 7.

h La loi 6. dit: Nec ordo scripturæ spectatur, sed potius ex jure sumitur quod agi videtur. Idem in l. 77. §. 12. De legatis 2°. Causa judicati durior erat, 1°. Quia inficiatio rei judicatæ crescebat in duplum. Cujacius, ad l. 36. Familiae eriscundæ. 2°. Propter usuras rei judicatæ quæ sunt centesimæ. l. ult. C. De usuris rei judicatæ. Chez nous la chose adjudgée par sentence. Paris, art. 111. l. L. 24. hic loquitur de fidejussore duorum debitorum qui solvit aliquid, solutio imputatur in antiquius debitum.

## VI.

Quod generaliter constitutum est m, prius in usuras nummum solutum accepto ferendum, ad eas usuras videtur pertinere, quas debitor exsolvere cogitur n. l. 5, §. 2. in f. o.

m L. 35. De pignoratitiâ actione.

n V. l. 5. §. 21. Ut in possessionem legatorum, o V. l. 103.

Si fortè usurarum rationem arbiter dotis recuperandæ habere debuerit p, ita est computandum, ut prout quidque ad mulierem pervenit, non ex universâ summâ decedat, sed prius in eam quantitatem quam usurarum nomine mulierem consequi oportebat; quod non est iniquum. l. 48.

p La premiere imputation est pour le débiteur in graviolem. La seconde est pour le créancier in usuras. Le §. dernier de la loi 5 dit: Si quis ita caverit debitori in sortem & usuras se accipere non forti & usuris pro ratâ decedere, sed prius in usuras, tunc deinde si quid superfuerit in sortem cedat. La loi 6. dit: Nec enim ordo scripturæ spectatur, sed potius ex jure sumitur id quod

Ordo imputationum in varias causas, ut quæque durior.

Idem.

Idem.

Prius in usuras, si quæ debentur accepto fertur.

agi videtur. Gotofr. ait 1°. Volumus contrahentium expressa. 2°. Jari dispositio. 3°. Ordo scripturæ inspicitur & sic voluntas tacita.

## VII.

Apud Marcellum quæritur, si quis ita caverit debitori, in sortem & usuras se accipere, utrum pro rata & forti, & usuris decedat, an verò prius in usuras, & si quid superest, in sorte? Sed ego non dubito quin hæc cautio, in sorte & in usuras, prius usuras admittat, tunc deinde, si quid superfuerit, in sortem cedat q. l. 5. §. ult.

q Nous distinguons quand les intérêts sont aussi anciens que le principal.

## VIII.

Vero procuratori rectè solvitur. Verum autem accipere debemus eum, cui mandatum est, vel specialiter, vel cui omnium negotiorum administratio mandata est r. l. 12. f.

r Quand le débiteur doit ex pluribus causis, l'imputation se fait en sa faveur. Quand il doit ex eadem causâ, mais principal & intérêt, elle se fait en faveur du créancier prius in usuras, pourvu que les intérêts soient aussi anciens que le principal. Quand les intérêts sont dus par une sentence, qui les adjuge, on peut dire que c'est diversa causa à sorte principal; en sorte que dans quelques lieux l'hypothèque des intérêts n'a lieu que du jour de la sentence; ainsi en imputant sur le principal, c'est imputer sur la cause la plus dure & la plus ancienne. Non autem procuratori ad lites. l. 86. h. v. l. 58. 59. De procuratoribus.

## IX.

Sed & si quis mandaverit, ut Titio solvam, deinde vetuerit eum accipere, si ignorans prohibuit eum accipere, solvam, liberabor; sed si scierò, non liberabor t. l. 12. §. 2. v. n. 17.

r Idem in cæteris contractibus, empti venditi, locati conducti, &c. Mais quelles précautions prendre pour faire signifier la révocation à toute la terre? Sibi enim imputet qui mandatum dedit. Hoc jure utimur ut litis procuratori non rectè solvatur. l. 86.

Si Titium omnibus negotiis meis præposuero, deinde vetuero eum, ignorantibus debitoribus, administrare negotia mea, debitores ei solvendo liberabuntur. Nam is qui omnibus negotiis suis aliquem proponit, intelligitur etiam debitoribus mandare, ut procuratori solvant. l. 34. §. 3.

## X.

Sunt quidam tutores qui honorarii appellantur, sunt qui rei notitia gratiâ dantur, sunt qui ad hoc dantur, ut gerant, & hoc vel pater adjicit ut unus (puta) gerat, & vel voluntate tutorum uni committitur gestus, vel prætor ita decernit. l. 14. §. 1.

## XI.

Sive legitimi sunt (tutores) sive testamentarii, sive ex inquisitione dati, rectè vel uni solvitur. l. 14. §. 5.

## XII.

Curatori quoque rectè furiosi solvitur: item curatori sibi non sufficientis vel per ætatem, vel per aliam justam causam: sed & pupilli curatori rectè solvi constat. l. 14. §. 7.

## XIII.

Cassius ait, si cui pecuniam dedi, ut eam creditori meo solveret, in suo nomine dederit, neutrum liberari: me, quia non meo nomine data sit; illum, quia alienam dederit: Cæterum mandati eum teneri: sed si creditor eos nummos sine dolo malo consumpsisset, is qui suo nomine eos solvisset, liberatur: ne, si aliter observaretur, creditor in lucro versaretur u. l. 17.

u Et creditor de prædâ magis quam de damno sollicitus esset. l. 25. in fine. De administratione & periculo tutorum.

## XIV.

Solutione pro nobis & inviti, & ignorantes liberari possumus. l. 23.

Solvere pro ignorante & invito cuique licet, cum sit jure civili constitutum licere etiam ignorantis invitique meliorem conditionem facere x. l. 53. v. inf. n. 40.

x V. C. l. 69. De re judicatâ.

## XV.

Debitores solvendo ei qui pro tutore negotia gerit, liberantur, si pecunia in rem pupilli pervenit. l. 28.

Quod in sortem & usuras solvitur prius in usuras imputatur, reliquum in sortem.

Procuratori rectè solvitur generali scilicet, vel cui id mandatum sit.

Qui solvit procuratori, nesciens revocatum, liberatur: aliud si sciens.

Varia tutorum genera: sunt honorarii, sunt notitiæ gratiâ, sunt qui gerant.

Ubi tutorum rectè solvitur.

Et curatori.

Creditor qui bonâ fide consumpsit acceptos à debitore nummos alterius debitoris, pro quo is solvere debuerat dantem liberat.

Solutione ignorans & invito liberatur.

Gerenti pro tutore solvens non liberatur, nisi in rem pupilli versum sit.

## XVI.

Inter artifices longa differentia est, & ingenii, & naturæ, & doctrinæ & institutionis. Ideo si navem à se fabricandam quis promiserit, vel insulam edificandam focamve faciendam, & hoc specialiter actum est, ut suis operis id perficiat, fidejussor ipse ædificans vel fossam fodiens, non consentiente stipulatore, non liberabitur. l. 31.

## XVII.

Si nullo mandato intercedente debitor falsò existimaverit voluntate meâ pecuniam se numerare, non liberabitur. Et ideò procuratori qui se ultrò alienis negotiis offert, solvendo, nemo liberabitur. l. 34. §. 4.

Si quis offerenti se negotiis alienis bonâ fide solverit, quando liberetur? Et ait Julianus, cum dominus ratum habuerit, tunc liberari. l. 58.

## XVIII.

Reo criminis postulato interim nihil prohibet rectè pecuniam à debitoribus solvi: alioquin plerique innocentium necessario sumptu egebunt y. Sed nec illud prohibitum videtur, ne à reo creditori solvatur z. l. 41 & 42.

y V. l. De donationibus. l. 46. §. 6. De jure fisci. l. 20. De accusat. l. 15. Qui & à quibus maj. contrarium dicit in crimine Majest. z Sed curandum ne reo qui profugit aliquid à debitoribus ejus solvatur, ne per hoc fuga ejus instruat. l. ult. De requirendis reis.

## XIX.

In omnibus speciebus liberationum etiam accessiones liberantur: puta adpromissores, hypothecæ, pignora. l. 43.

## XX.

Inter creditorem & adpromissores confusione factâ reus non liberatur. l. 43. in f.

## XXI.

In numerationibus aliquando evenit, ut unâ numeratione duæ obligationes tollantur uno momento. Veluti si quis pignus pro debito vendiderit creditori. Evenit enim, ut & ex vendito tollatur obligatio & debiti. Item si pupillo, qui sine tutoris auctoritate mutuum pecuniam accepit, legatum à creditore fuerit sub eâ conditione, si eam pecuniam numeravit, in duas causas videri eum numerasse, & in debitum suum ut in falcidiam hæredi imputetur, & conditionis gratiâ, ut legatum consequatur. l. 44. v. inf. l. 64.

## XXII.

Si quis aliam rem pro aliâ volenti solverit, & evicta fuerit (res,) manet pristina obligatio, & si pro parte fuerit evicta, tamen pro solido durat obligatio a. Nam non accepisset re integrâ creditor, nisi pro solido ejus fieret l. 46.

a Item non puto hic fidejussorem liberari quando solum non durat solum. Vide l. fin. l. 47. §. 1. De minoribus. l. 84. De regulis juris.

## XXIII.

Satisfactio pro solutione est l. 52. Solutionis verbum pertinet ad omnem liberationem quoque modo factam: magisque ad substantiam obligationis refertur, quam ad nummorum solutionem. l. 54.

## XXIV.

In perpetuum quoties id quod tibi debeam, ad te pervenit, & tibi nihil absit, neque quod solum est repeti possit, competit liberatio. l. 61.

## XXV.

Cum jussu meo, id quod mihi debes, solvis creditori meo, & tu à me, & ego à creditore meo liberor. l. 64.

## XXVI.

Quod certâ die promissum est, vel statim dari potest b: totum enim medium tempus, ad solvendum promissori liberum relinqui intelligitur. l. 70. c.

b Quid si imminet moneta immunitio. Puto non posse solvi ante diem locationis: alioquin captaretur jus civile tanquam ex aucupio syllabarum contra mentem legis c Vide l. 138. De verborum obligationibus. l. 50 De obligationibus & actionibus.

## XXVII.

Modestinus respondit, si post solum sine alio pacto

Interest à quo artifice fiat opus.

Inutiliter solvitur non procuratori qui pro eo se gerit, nisi dominus ratum habuerit.

Reo criminis postulato rectè solvitur, & reus ipse rectè solvit.

Solutâ obligatione solvuntur fidejussiones, & pignora.

Liberato per confusione fidejussore, reus non liberatur.

Ex unâ solutione duæ liberationes.

Evictâ re qua pro aliâ soluta est, manet pristina obligatio: idem erit parte evictâ.

Solvit qui satisfacit, aut quoquomodo se liberat.

Debiti solutio qua stet, & unde nihil absit creditori, facit liberationem.

Meo creditori mihi debitum solvens, & me & se liberat.

Ante diem solvi potest, nam medium tempus ad solvendum datur.

Inutilis actio

*um cessio post solutionem.*  
 Et omnne quod ex causa tutelae debeat, actiones post aliquod intervallum cessae sint, nihil ea cessio actum, cum nulla actio superfuerit: quod si ante solutionem hoc factum est, vel cum convenisset, ut mandarentur actiones e, tunc solutio facta esset, mandatarum subsecutum est, salvas esse mandatas actiones. Cum novissimo quoque casu f, pretium magis mandatam actio um solutum, quam actio quae fuit, preempta videatur. l. 76. g.

d Gouet, des hypotheques. P. III. p. 196. distingue comme M. Louet. V. l. 5. de legatis 1°. L. 25. De administratione & periculo tutorum. L. 23. De peculio legato. Chez nous on ne pratique point la cessio & intervention ex intervallo en faveur de celui qui pouvoit être contraint, parce qu'elle a lieu de plein droit, comme dit Dumoulin. e Voyez M. Louet. L. C. n. 38. Il distingue si celui qui paie pouvoit y être forcé, il peut recevoir cessio de droit ex intervallo: secus contra glos. V. l. 1. & 3. C. de his qui in priorum creditorum locum succedunt. L. 25. De administratione & periculo tutorum. L. 1. C. de contrario iudicio tutelae. L. 25. ff. De administratione & periculo tutorum. M. le Prêtre, centur. 1. C. 99. distingue inter debitorem & extraneum. La loi 95. § 10. h. t. dit: Si mandatu meo Titio pecuniam credidisses, mandatore dampato, quamquam pecunia soluta sit, non liberari debitorem ratio suadet, sed & praestare debet creditor actiones mandatori adversus debitorem, ut ei satisfiat. La loi 28 Mandati dit la même chose. Molinæus, de usuris 176. Dumoulin ad L. Modestinus, qui est la premiere leçon du dol, prétend que celui qui creditori principaliter vel realiter obligatus solvit cum cogi posset ipso iure actiones ejus cessas habere intelligitur, licet de hoc in solutione nulla mentio facta sit. V. le Prêtre & M. Gueret, cent. 1. C. 69. Maynard contra in L. 5. De censibus. Fiscus mandat actiones suas ex intervallo & post solutionem acceptam, quia novum venditorum pretium acceptum videtur.

f La loi 28, Mandati, dit que mandator solvens reum ipso iure non liberat quia supersunt actiones quas creditor potest ex intervallo cedere saltem mandatori non extraneo.

g L. De fidejussoribus.

XXVIII.

Si lancem apud me deposuerit Tirtius, & pluribus hæredibus relictis decesserit h, si pars hæredum me interpellat, optimum quidem esse, si prætor aditus iussisset me parti hæredum eam lancem tradere: quo casu depositi me reliquis cohæredibus non teneri. Sed & si sine prætore, sine dolo malo, hoc fecero, liberabor i: aut, quod verius est, non incidam in obligationem: optimum autem est id per Magistratum facere. l. 81. §. 1.

h Il y a un beau conseil que Demosthene donna à un depositaire qui avoit été trompé par un de ses dép sans. L. ult. C. depositi. i Payer par autorité de justice.

XXIX.

Quasi generale quid retinendum est l: ut ubi ei obligationi quæ sequelæ locum obtinet, principalis accedit, confusa sit obligatio m: quoties duæ sint principales, altera alteri potius adjicitur ad actionem, quam confusionem parere. l. 93. §. 2.

l L. 13. De duobus reis ubi dixi de novo cavendum esse L. 8. §. 3. Qui satisfacere coguntur. m Remanet etiam beneficium separationis bonorum. L. 3. §. 1. De separationibus.

XXX.

Stichum aut Pamphilum, utrum ego velim, dare spondes? Altero mortuo, qui vivit solus petetur: nisi (si) mora facta sit in eo mortuo quem petitor elegerit. Tunc enim perindè solus ille qui decessit, præbetur n, ac si solus in obligationem deductus fuisset. l. 95.

n Saltem æstimatio.

XXXI.

Si creditor à debitore culpâ suâ causâ ceciderit, prope est ut actione mandati nihil à mandatore consequi debeat: cum ipsius vitio acciderit, ne mandatori possit actionibus cedere. l. 95. §. 11. o.

o V. legem 67. De fidejussoribus. Ubi ultima verba expungenda sunt. Cujacius 6. ad Afr.

XXXII.

Cum eodem tempore pignora duobus contractibus obligantur, pretium eorum pro modo pecuniæ cuiusque contractus creditor accepto facere debet. Nec in arbitrio ejus electio erit cum debitor pretium pignoris consortioni subjecerit. Quod si temporibus discreteris superfluum pignorum obligari placuit, prius

T O M. I I.

debitum pretio pignorum jure solvetur, secundum superfluo compensabitur. l. 96. §. 3. p. V. n. 3.

p V. L. 36 in princ. quæ ait: pupillo debitor tutore delegante creditori tutoris solvit, liberatur si non malo consilio factum est. V. l. 20 §. 1. De novationibus. Ratio, quia tutor poterat ipse recipere debitum: secus autem si debitor nondum solvit: nam pupillus aut ejus curator poterit impedire solutionem. V. l. 23. De compensationibus. Duperier 3. 5.

XXXIII.

In perpetuum sublata obligatio restitui non potest. l. 98. §. 8. l. ult. de pactis.

XXXIV.

Debitorem q\* non esse cogendum in aliam formam nummos accipere, si ex eâ re damnum aliquod passurus sit. l. 99.

q L. 101. §. 1. ait: Paulus respondit aliam causam esse debitoris solventis; aliam creditoris pignus distrahentis, nam cum debitor solvit pecuniam in potestate ejus esse commemorare in quam causam solveret; cum autem creditor pignus distraheret, licere ei pretium in acceptum referre etiam in eam quantitatem quæ naturâ tantum debebatur, & ideo deducto eo tantum debitum peti posse. L. 5. §. 2. hic. L. 35. De pignoratitiâ actione. L. 103. ait: Cum ex pluribus causis debitor pecuniam solvit, Julianus putat eum ex hac causâ videri solvisse ex quâ tunc compelli poterat.

XXXV.

Creditor oblatam à debitore pecuniam r, ut aliâ die accepturus, distulit, mox pecunia, quâ illa respublica utebatur, quasi ærosa jussu præfidiis sublata est: item pupillaris pecunia ut possit idoneis nominibus credi servata, ita interempta est: quasitum est s, cujus detrimentum esset? Respondi, secundum ea quæ proponerentur, nec creditoris, nec tutoris detrimentum esse t. l. 102.

r Cambol. 2. 24. f. V. L. ult. hic & Cujacium 1. Obs. 38.

s Quod dicimus in eo hærede sui fidejussori testatoris id quod ante aditam hæreditatem ab eo solutum est, debere statim solvere, cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum esse; nec enim cum sacco adire debet. L. 105. L. 23. in fine. De obligationibus & actionibus. L. 21. §. 1. De pecuniâ constitutâ. l. 21. De iudiciis. Quia debitor debebat pecuniam solemniter oblatam obsignare V. n. 34. L. 19. C. De usuris. L. 73. §. ult. De verborum obligationibus.

XXXVI.

Ejus quantitatis cujus petitionem ratio compensationis excludit, usuras non posse repositi manifestum est. l. 7. C. de solut. & lib. u

u V. L. 11. De compensationibus. L. 4 & 5. C. eod.

XXXVII.

Obsignatione totius debitæ pecuniæ solemniter factâ, liberationem contingere manifestum est. Sed ita demum oblatio debiti liberationem parit, si eo loco quo debetur solutio fuerit celebrata. l. 9. C. eod.

XXXVIII.

Pecuniæ solutæ x professio collata instrumento majoris rei gestæ probationem continet, quam si chirographum acceptæ pecuniæ mutux fuisset redditum. l. 14. C. eod.

x V. L. 2. §. 1. de pactis.

XXXIX.

Eum à quo mutuum sumpsisti pecuniam in solutum nolentem suscipere nomen debitoris tui, compelli juris ratio non permittit. l. 16. C. eod.

XL.

Manifesti juris est tam alio pro debitore solvente; quam rebus pro numeratâ pecuniâ, consentiente creditore, datis, tolli paratam obligationem y. l. 17. C. eod. V. f. l. 23. Nov. 4. c. 3. & f. tit. de cess. bon.

y Obligatio parit.

XLI.

Cum pro pecuniâ quam (mutuò) acceperas, secundum placitum Evandro te fundum dedisse profitearis: ejus industriam, vel eventum meliorem, tibi non ipsi prodesse, contrarium non postulaturus, si minoris distraxisset, non justè petis. l. 24. C. eod.

XLII.

Solutionem asseveranti probationis onus incumbit: quo facto chirographum condicere potest. l. ult. C. eod.

e e

*fidium alteri cedit.*

*Obligatio in perpetuum extincta non reviviscit. Damnum passurus alterius forma nummos accipere non cogitur. \* Creditorem.*

*Si creditor solutionem in aliam diem distulit, sublata interim oblata pecuniæ usu, non tenebitur. Nec tutor qui pecuniam pupillarem servare debuerat ut collocaretur.*

*Quod ex debito compensatur usuras non parit.*

*Obsignatione solemniter & suo loco factâ, liberatur debitor.*

*Plus probat epocha solutionem in quam si reddatur instrumentum.*

*Aliud pro alio invito non solvitur.*

*Alius pro alio solvere potest. Non aliud pro alio solvi, nisi volenti.*

*Et lucrum non tollendum, qui damnum erat passurus.*

*Solutionem allegans probare debet.*

*Depositum parti hæredum per magistratum tutius red- ditur.*

*Si obligatio principalis principali accedat, stabit utraque: si accessoria principali, confunditur.*

*In obligatione alternati- vâ, si res altera perierit, altera debetur.*

*Si creditoris culpâ debitor liberatus sit, sibi imputabit, non mandatori.*

*Si detur idem pignus simul in duas obligationes in utramque imputabitur, si prius in unam hæc solutâ re-*

## TITULUS IV.

## De acceptilatione.

## I.

Plura debita uná acceptilatione tolluntur.

**P**LURIBUS stipulationibus factis, si promissor ita accepto rogasset: *quod ego tibi promisi habesne acceptum?* Si quidem apparet quid actum est, id solum per acceptabilem sublatum est: si non apparet, omnes stipulationes solutæ sunt. l. 6.

Et uno & pluribus contractibus, vel certis vel incertis, vel quibusdam exceptis cæteris, & omnibus ex causis una acceptilatio & liberatio fieri potest. l. 18.

## II.

Species acquirendi a est liberari obligatione. l. 11.

a Qui s'acquitte s'enrichit.

Acquirat qui liberatur.

## III.

Ex pluribus reis stipulandi, si unus acceptum fecerit b, liberatio contingit in solidum. l. 13. §. ult.

b L. 31. §. 1. De novationibus.

Unus correorum stipulandi solus acceptum faciens liberat.

## IV.

Si ex pluribus obligatis uni accepto feratur, non ipse solus liberatur, sed & hi qui secum obligantur. Nam cum ex duobus pluribusque ejusdem obligationis participibus uni accepto fertur, cæteri quoque liberantur, non quoniam ipsis accepto latum est, sed quoniam velut solvisse videtur c is qui acceptilatione solutus est. l. 16.

c L. 3. §. 3. De liberatione legatæ. Si res sit indivisibilis, veluti servitus, acceptilatio in partem est inutilis. l. 13. §. 1. & ff. h. t.

Qui unum correorum debendi acceptilatione liberat, omnes liberat.

## V.

Per Aquilianam stipulationem pacto subditam obligatione præcedente sublatâ, & acceptilatione quæ fuit inducta, peremptâ, ei qui ex nullâ causâ restitui potest, omnis agendi via præcluditur. l. ult. C. de acceptil.

Acceptilatio extinguit obligationem.

## TITULUS V.

## De stipulationibus prætoriiis.

## I.

**S**I quid vel addi, vel detrahi, vel immutari in stipulatione oporteat, prætoriam erit jurisdictionis. l. 1. §. ult.

## II.

Prætoriam satisfactionem personas desiderant pro se intervenientium: & neque pignoribus quis, neque pecuniæ, vel auri, vel argenti depositione, in vicem satisfactionis fungitur. l. 7. a.

a Lex 8 ait: Paulus notat. Qui sub conditione institutus est agnitâ bonorum possessione, cogitur substituto in diem cavere longiorem. Prætor enim beneficium suum nemini vult esse captiosum, nec potest videri calumniosè satis petere quem alius antecedit. l. 8. Species est: Titius hæres esto, si navis ex Asia venerit: si non venerit, Caius hæres esto. Omni casu hæres legitimus excluditur, si non venerit, si non: unde institutus admittitur ad possessionem bonorum, non autem hæres legitimus, sed institutus admittitur tantum ex beneficio prætoris, quia revera nondum est dominus & incerta est conditio. Posset autem bona dilapidare interea, unde tenetur satisfacere substituto vulgariter, ne beneficium prætoris noceat substituto. DD. ad hanc l. quæruntr utrum gravatus teneatur satisfacere substituto. Cambol. 4. 15. Cujac. 9. ob. 5. Nota defectus conditionis ex parte instituti, retrahitur ad tempus mortis testatoris in favorem substituti, licet substitutus decefferit ante defectum conditionis; & ita potest transmitti, quia agnovit iudicium defuncti quando satispetiit. Verum ipse priori jure frui deberet: nam videtur jure institutus, cum primus institutus vocatur tantum sub conditione; & ipsi dari deberet possessio potius quam instituto. Lex ita sequitur potius ordinem verborum quam mentem testantis.

## III.

In prætoriiis stipulationibus, si ambiguus sermo acciderit, prætoris erit interpretatio. Ejus enim mens æsti-

Prætoriam stipulationis interpretatur prætor.

manda est. l. 9. V. l. 9. De verborum obligationibus: IV.

In ejusmodi stipulationibus, quæ quanti res est promissionem habent, commodius est certam summam comprehendere: quoniam plerumque difficilis probatio est, quanti cujusque interfit, & ad exiguam summam deducitur. l. ult. V. l. 24. de re judicatâ.

In stipulatione quanti res est, expedit certam summam comprehendere.

## TITULUS VI.

## Rem pupilli, vel adolescentis, salvam fore.

## I.

**S**I posteaquam pupillus ad pubertatem pervenerit tutor in restituendâ tutelâ aliquandiu moram fecerit a, certum est & fructuum nomine, & usurarum medii temporis, tam fidejussores ejus, quam ipsum teneri b. l. 10.

a Mora rei nocet fidejussori. l. 88. De verborum obligationibus. l. 68. de fidejussoribus. l. 54. Locati. V. l. 41. De fidejussoribus, quæ est tantum de fidejussore subsidiario.

b Ergo fidejussor tutelæ in omnem causam fidejebet.

Tutor moram faciens in restituendâ tutelâ, fructus præstat & usuras: item & ejus fidejussores.

## TITULUS VII.

## Judicatum solvi.

## I.

**I**N stipulatione judicatum solvi, post rem judicatam statim dies cedit: sed exactio in tempus reo principali indultum differtur. l. 1. V. instit. de satisfd. & l. ult. C. de usur.

Fidejussor judicatum solvi non alias habet inducias, quam ipse reus.

## TITULUS VIII.

## Ratam rem haberi, &amp; de ratihabitione.

## I.

**J**ULIANUS ait, interesse quando dominus ratam habere debere solutionem in procuratorem factam, an tunc demum cum primum certior factus esset, hoc autem ἐνπλάται, id est, cum laxamento & amplitudine accipiendum, & cum spatio quodam temporis, nec minimo, nec maximo (&) quod magis intellectu percipi, quam locutione exprimi possit l. 12. §. 2.

## II.

Si commissâ est stipulatio, ratam rem dominum habiturum a, in tantum competit, in quantum meâ interfuit. Id est, quantum mihi abest, quantumque lucrari potuit b. l. 13.

a Dammages-intérêts. Lucrum cessans, damnum emergens. l. 2. §. ult. De eo quod certo loco. Sæpius ex stipulatione rem, ratam haberi agi potest, prout interfuit agentis quod litigat, quod consumit, quod advocat, quod damnatus solvit. l. 18. contra in l. 6. §. 4. Nautæ caupones. Lucrum continetur in æstimatione damni. l. 30 & 33. Locati l. 7. C. Arbitrium tutelæ.

In stipulatione quâ procurator cavet ratam rem dominum habiturum, id continetur quod interfuit stipulatoris. l. 19.

Dominio tantum non habente, agit in id quod interest.

## LIBER XLVII.

## TITULUS I.

## De privatis delictis.

## I.

**C**IVILIS constitutio est pœnalibus actionibus hæres non teneri, nec ceteros quidem successores; idcirco nec furti conveniri possunt a. l. 1. v. f. l. 26. de ob. & act.

a Contra apud nos, quia debemus exonerare animas parentum.

Actiones pœnales in hæres non transeunt. V. f. de oblig. & act. l. 26.

## II.

Hæredem autem furti agere posse æquè constat; executio enim quorundam delictorum hæredibus data est. Ita & legis Aquiliæ actionem hæres habet. l. 1. §. 1.

## III.

Sed injuriarum actio hæredi non competit *b* l. 1. §. 1. in f.

*b* Quia pœnæ non interrogatæ indignatio solam duritiem continet. L. 7. De servis exportandis.

## IV.

Numquam plura delicta concurrentia faciunt, ut ullius impunitas detur: neque enim delictum ob aliud delictum minuit pœnam. Qui igitur hominem subripuit, & occidit: quia subripuit furti, quia occidit, Aquiliâ tenetur: neque altera harum actionum alteram consumit. Idem dicendum si rapuit, & occidit. Nam & vi bonorum raptorum, & Aquiliâ tenebitur. l. 2. d. l. §. 1. & 2.

## TITULUS II.

## De furtis.

## I.

**S**OLA cogitatio furti faciendi non facit furem *a*. l. 1. §. 1.

*a* Cogitationis pœnam nemo patitur. L. 18. De pœnis. Vide L. 225. De verborum significatione. Nec etiam adulterum licet quis eo animo sit occasione datâ *γοαίκα φθηνή* L. 225. De verborum significatione.

## II.

Furtum est contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratiâ, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus possessionisve. Quod lege naturali *b* prohibitum est admittere. l. 1. §. 3.

*b* Id est, jure gentium.

## III.

Furtorum genera duo sunt, manifestum, & nec manifestum. l. 2.

## IV.

Fur est manifestus quem *ἐπ' αὐτοφθόρω* appellant, hoc est, eum qui deprehenditur cum furto. l. 3.

Nec manifestum furtum quid sit, apparet. Nam quod manifestum non est, hoc scilicet nec manifestum est. l. 8.

## V.

Cujus interfuit non subripi, is actionem furti habet. Tum is cuius interest furti habet actionem, si honesta causa interest. Itaque fullo qui curanda, polienda vestimenta accepit, semper agit. Præstare enim custodiam debet. l. 10. 11. 12.

## VI.

Qui non habet quod perdat, ejus periculo nihil est *c*. l. 12.

*c* Inanis est actio quam inopia debitoris excludit. *La loi 6. De dolo.* Qui decumbit humi, non habet unde cadat.

## VII.

Sed (&) si res pignori data sit, creditori quoque damus furti actionem, quamvis in bonis ejus res non sit.

Quinimò non solum adversus extraneum dabimus, verùm & contra ipsum quoque dominum furti actionem. l. 12. §. 2.

## VIII.

Præterea habent furti actionem coloni, quamvis domini non sint, quia interest eorum. l. 14. §. 2.

## IX.

Et puto omnibus quorum periculo res alienæ sunt veluti commodati, item locati, pignorisve accepti, si hæ subreptæ sint, omnibus furti actiones competere *d*. l. 14. §. 16.

*d* Si debitor rem pignori datam aut dumtaxat obligatam vendat, furtum facit. L. 19. §. 6. l. 66. De furtis. Ergo *chez nous on peut contraindre au rachat celui qui vend l'hypothèque.*

TOME II.

## X.

Si duo pluresve unum tignum furati sunt, quod singuli tollere non potuerint, dicendum est omnes eos furti in solidum teneri, quamvis id contrectare nec tollere solus posset: & ita utimur. Neque enim potest dicere pro parte furtum fecisse singulos, sed totius rei universos: sic fiet singulos furti teneri. L. 21. §. 9. V. l. 1. in f. ff. si is qui test. lib. esse juss. er. l. 6. ff. arb. furt. cæs.

## XI.

Impubes furtum facere potest si jam doli capax sit *e*. l. 23.

*e* L. 4. §. 6. De doli exceptione. L. 111. De re judicatâ.

## XII.

Qui tabulas vel cautiones amovet, furti tenetur non tantum pretii ipsarum tabularum, verùm ejus quod interfuit: quod ad æstimationem refertur ejus summæ quæ in his tabulis continetur: scilicet si tanti interfuit. l. 17.

## XIII.

Qui jumenta sibi commodata longiùs eduxerit *f*, alienâve re invito domino usus sit, furtum facit. l. 40. g.

*f* L. 13. §. 3. Locati. *g* Vide L. 76.

## XIV.

Falsus creditor (hoc est is qui se simulat creditorem), si quid acceperit, furtum facit. l. 43.

## XV.

Si quis nihil in personâ suâ mentitus est, sed verbis fraudem adhibuit, fallax est magis, quàm furtum facit. Ut puta, si dixit se locupletem, si in mercem se collocaturum quod accepit *h*, si fidejussores idoneos darurum, vel pecuniam confestim se soluturum. Nam ex his omnibus magis decepit, quàm furtum fecit, & idè furti non tenetur. Sed quia dolo fecit, nisi sit alia adversus eum actio, de dolo dabitur. l. 43. §. 3.

*h* *Stellionat, ou plutôt défaut d'emploi.*

## XVI.

Qui alienum quid jacens, lucri faciendi causâ, sustulit, furti obstringitur, sive scit cuius sit, sive ignoravit? Nihil enim ad furtum minuendum facit, quod cuius sit ignoret. l. 43. §. 4.

## XVII.

Solent plerique etiam hoc facere, ut libellum proponant continentem invenisse, & redditurum ei qui desideraverit. Hi ergo ostendunt non furandi animo se fecisse. l. 43. §. 8. in f.

## XVIII.

Quid ergo si *ευρετρα*, id est, *inventionis premia* quæ dicunt petat: nec id videtur furtum facere, & si non probè petat aliquid *i*. l. 43. §. 9.

*i* L. 1. §. 5. De extraordinariis cognitionibus. Ubi quædam licèt honestè accipiantur, inhonestè tamen petuntur.

## XIX.

Inter omnes constat, etiam si extincta sit res furtiva, attamen furti remanere actionem adversus furem. l. 46.

## XX.

Rectè dictum est, qui putavit se domini voluntate rem attingere, non esse furem *l*. Quid enim dolo facit, qui putat dominum consensurum fuisse, sive falsò id, sive verè putet? Is ergo solus fur est qui attrectavit quòd invito domino se facere scivit. l. 46. §. 7. in f.

*l* Sine dolo furtum non committimus. L. 5. §. 3.

## XXI.

Qui furem novit, sive indicet eum, sive non indicet, fur non est. Cùm multum intersit furem quis celet *m*, an non indicet: qui novit, furti non tenetur; qui celat, hoc ipso tenetur. l. 48. §. 1.

*m* V. l. 1. De receptatoribus, & ad leg. Jul. de vi priv. n. ult.

## XXII.

Rectè Pedius ait, sicut nemo furtum facit sine

cc ij

*Ex delicto plurium singuli solidum debent.*

*Impubes doli capax furtum facit.*

*Qui instrumentum debet furatur, de eo tenetur quod interest.*

*Qui re alienâ abutitur, aut invito domino utitur, furtum facit.*

*Item qui se simulans creditorem quid accipit, non furatur sed dolo facit qui fraudem adhibet, ut quid à volente accipiat.*

*Qui alienum jacens tollit lucri causâ, furtum facit.*

*Qui aliquid invenit, id agere debet, ut notum faciat ei qui amisit.*

*Non rectè petuntur inventionis premia.*

*Et si res subrepta perierit, furti actio manet.*

*Fur est qui domino invito sciens contrectat, non qui falsò credit consensurum esse dominum.*

*Qui furem celat, furti tenetur: non qui non indicat.*

*Confilio, &*

*Rei persecutio ex delicto, ad hæredem transit.*

*Non actio injuriarum.*

*In pluribus delictis unius pena pœnam alterius non consumit.*

*Sola cogitatio non facit furem.*

*Furtum est contrectatio fraudulosa.*

*Furtum aut manifestum est, aut nec manifestum.*

*Fur manifestus est qui cum furto deprehenditur.*

*Furti agunt quorum interest.*

*Nihil ei perit qui nihil habet.*

*Creditor de pignore furti agit etiam adversus dominum.*

*Colonus quoque de furto agit.*

*Omnes quorum interest furti agunt.*

dolo malo, ita nec consilium, vel opem ferre sine dolo malo posse. Consilium autem dare videtur qui persuadet & impellit, atque instruit consilio ad furtum faciendum *n*: opem fert qui ministerium atque adiutorium ad subripiendas res præbet. l. 50. §. 2 & 3.

*n* V. l. 53. §. 1. De verborum significatione.

## XXIII.

Tanti æstimanda (res) quanti emptorem o potest invenire. l. 52. §. 29. in f.

o Non ergo ex affectione omnium res hinc æstimatur, sed ex affectione singulari. Contra L. 33. Ad legem Aquiliam.

## XXIV.

Maleficia voluntas & propositum delinquentis distinguit. l. 53.

## XXV.

Si pignore creditor utatur, furti tenetur. l. 54.

## XXVI.

Eum qui quid utendum accepit, si ipse alii commodavit, furti obligari, responsum est. Ex quo satis apparet furtum fieri, & si quis usum alienæ rei in suum lucrum convertat: nec movere quem debet, quasi nihil lucri sui gratiâ *p*. Species enim lucri est, ex alieno largiri q & beneficii debitorum sibi acquirere. Unde & is furti tenetur, qui ideò rem amovet, ut eam alii donet. l. 54. §. 1.

*p* L. 72. De re iudicatâ. *q* Quia donatio obligat ad *ἀντιδωρα*. L. 25. §. 11. De hæreditatis petitione.

## XXVII.

Quod verò ad mandati actionem attinet *r*, dubitare se ait, num æquè dicendum sit omnimodo damnum præstari debere? Et quidem hoc amplius quàm in superioribus causis servandum, ut etiam si ignorerit is qui certum hominem emi mandaverit, furem esse, nihilominus tamen damnum decidere cogetur. Justissimè enim procuratorem allegare, non fuisse se id damnum passurum, si id mandatum non suscepisset. Idque evidentiùs in causâ depositi apparere: nam licet alioquin æquum videatur non oportere cuiquam plus damni per servum evenire, quàm quanti ipse servus sit: multò tamen æquius esse, *nemini officium suum*, quod ejus cum quo contraxerit, non etiam sui commodi causâ suscepit, *damnosum esse*. Et sicut in superioribus contractibus, venditione, locatione, pignore, dolum ejus qui sciens reticuerit, puniendum esse dictum sit; ita in his culpam eorum quorum causâ contrahatur, ipsis potiùs damnosam esse debere. Nam certè mandantis culpam esse, qui talem servum emi sibi mandaverit. Et similiter ejus qui deponat, quòd non fuerit diligentior circa monendum, qualem servum deponeret. l. 61. §. 5.

*r* La loi 56. §. 1. dit: Si fur in periculum majoris pænæ deductus est, & iudex iussit tantum restituere, quæstio furti subblata est. V. Baudin, ad l. 8. de postulando. V. l. ult. h. V. n. ult. de accusationibus. *f* L. 7. §. 1. De damno infecto.

Circa commodatum autem meritò aliud existimandum, videlicet quòd tunc ejus solius commodum qui utendum rogaverit, versetur: itaque eum qui commodaverit, sicut in locatione, si dolo quid fecerit, non ultra pretium servi quid amissurum. Quin etiam paulò remissius circa interpretationem doli debere nos versari: quoniam ut dictum sit, nulla utilitas commodantis interveniat. d. l. §. 6.

Hæc ita puto vera, si nulla culpa ipsius, qui mandatum, vel depositum suscepit, intercedat: cæterùm si ipse ultrò ei custodiam argenti fortè, vel nummorum commiserit, cum alioquin nihil unquam dominus tale quid fecisset, aliter existimandum est *t*. l. 61. §. 7.

*t* Dicitur autem in §. 8. colonum teneri furti si fructus pendentes vendiderit in fraudem domini.

## XXVIII.

Ea quæ legantur rectâ viâ ab eo qui legavit *u*, ad eum cui legata sunt, transeunt. l. 64. in f.

*u* L. 15. De rebus dubiis.

## XXIX.

Qui eâ mente alienum quid contrectavit, ut lucri

IS QUI TESTAMENTO, &c.

faceret; tametsi mutato consilio, id domino postea reddidit, fur est: nemo enim tali peccato pœnitentiâ suâ nocens esse desit *x*. l. 65. V. 5. ff. vi bon. rapt.

*x* L. 8. C. Ad legem Corneliam de falsis.

## XXX.

Qui re sibi commodatâ, vel apud se depositâ usus est, aliter atque accepit: si existimavit se non invito domino id facere, furti non tenetur, sed nec depositi ullo modo tenebitur *y*. Commodati an teneatur, in culpâ æstimatio erit, id est, an non debuerit existimare id dominum permitturum *z*. l. 76.

*y* V. l. 40. *z* La loi 91, dit: Si quis cum sciret quid sibi subripi, non prohibuit cum posset, nihilominus furti aget.

## XXXI.

Incivilem rem desideratis, ut agnitas res furtivas non priùs reddatis, quàm pretium fuerit solutum à dominis. Curate igitur cautiùs negotiari, ne non tantùm in damna ejusmodi, sed etiam in criminis suspicionem incidatis. l. 2. C. de furt. serv. corrupt.

## XXXII.

Civile est quod à te adversarius tuus exigit, ut rei quam apud te fuisse fateris, exhibeas venditorem. Nam à transeunte & ignoto te emisse dicere non convenit, volenti evitare alienam bono viro suspicionem. l. 5. C. de furt. & serv. corrupt.

## TITULUS III.

## De tigno juncto.

## I.

**L**EX duodecim a tabularum neque solvere permittit tignum furtivum adibus, vel vineis junctum, neque vindicare. Quod providenter lex efficit, ne vel ædificia sub hoc prætextu diruantur *b* vel vinearum cultura turberetur. Sed in eum qui convictus est junxisse, in duplum dat actionem. Tigni autem appellatione continetur omnis materia ex quâ ædificium constet, vineæque necessaria. Unde quidam aiunt regulam quoque, & lapidem, & testam, cæteraque, si qua ædificiis sunt utilia: tigna enim à tegendo dicta sunt. Hoc amplius & calcem, & arenam tignorum appellatione contineri. Sed & in vineis tigni appellatione omnia vineis necessaria continentur, ut putâ perticæ, pedamenta. l. 1. l. d. §. 1.

*a* V. l. 33. §. 6. De rei vindicatione. *L*. 7. §. 10. De acquirendo rerum dominio. *b* Nota legem extendi ad alios casus identitate rationis.

## TITULUS IV.

Si is qui testamento liber esse jussus erit\*, post mortem domini ante aditam hæreditatem subripuisse aut corrupisse quid dicetur.

\* V. l. 48. Ad Trebellianum.

## I.

**S**I quidem civilis deficit actio, quod naturâ æquum est, sequimur. l. 1. §. 1.

## II.

In pluribus causis justa ignorantia excusationem meretur. l. 2. in f.

## TITULUS V.

## Furi adversus nautas, caupones, stabularios.

## I.

**I**N eos qui naves, cauponas, stabula exercebunt, si quid à quoquo eorum, quosve ibi habebunt, furtum factum esse dicetur, judicium datur: sive furtum

incurrit; pœnitentiâ non liberatur.

Qui re commodatâ aliter utitur, quàm accepit, culpâ ratione tenebitur.

Rem furtivam vindicat domino ab emptore, non restituito pretio.

Venditorem exhibere debet rei furtivæ emptor.

Ne furtivum tignum ab adibus aut vineis solvere liceat.

Ubi æquitas suggerit subveniendum.

Justa ignorantia sæpe excusat.

Qui navem, cauponam, stabulam exercent, furti te-

ope furti participes fiunt.

Tanti res est quanti vendi potest.

Ex proposito distinguitur maleficio.

Furtum est pignore uti.

Furtum facit qui ex alieno largitur: inde enim lucrum facit beneficii debitorem acquirere.

Si ex mandato datum passus sit qui mandatum suscepit, poterit in mandato rem ex causâ agere: idem in deposito vendito, locato, pignore: atque etiam in commodato, si dolum intervenit.

mentur eorum nomine quos ibi habent.

ope, consilio exercitoris factum sit, sive eorum cujus qui in eâ navi navigandi causâ esset. Navigandi autem causâ accipere debemus eos qui adhibentur ut navis naviget, hoc est, nautas. l. 1. d. l. §. 1.

## I I.

Caupo præstat factum eorum qui in eâ cauponâ ejus cauponæ exercendæ causâ ibi sunt: item, eorum qui habitandi causâ ibi sunt. Viatorum autem factum non præstat. Namque viatorem sibi eligere caupo vel stabularius non videtur. Nec repellere potest iter agentes a: inhabitatores verò perpetuos ipse quodammodo elegit qui non rejecit, quorum factum oportet eum præstare. l. 1. §. ult.

a V. C. l. 1. §. ult. L. 2 & 3. Nautæ, caupones.

## I I I.

Nec exercitor vectorum.

In navi vectorum factum non præstat b. l. un. §. ult. in f.

b Scilicet in duplum, secus in simplum. Cuj. Vide quæ dixi hic ad l. 6. §. 3. Nautæ, caupones.

## TITULUS VI.

## Si familia furtum fecisse dicetur.

## I.

Is scire dicitur delictum qui prohibere potuit.

I I accipitur scire, qui scit & potuit prohibere. l. 1. §. 1.

## TITULUS VII.

## Arborum furtim cæsarum.

## I.

Qui arbores cadunt, ut latrones puniuntur.

SCIENDUM est eos qui arbores, & maximè vites ceciderant, etiam tamquam latrones puniri. l. 2.

## I I.

Plurium delictum singulis in solidum obligat.

Si plures eandem arborem furtim ceciderint a cum singulis in solidum agetur. l. 6.

a L. 21. §. 9. De furtis.

## I I I.

Radices vicini in nostrum immixtas recidere non licet, sed agendum, non esse ei jus.

Si arbor in vicini fundum radices porrexit, recidere eas vicino non licebit b: agere autem licebit, non esse ejus, sicuti tignum aut protectum, immixtum habere. l. 6. §. 2.

b Nemo sibi jus potest dicere, ne occasio sit tumuitus. L. 176. De re judicatâ.

## I V.

Non radices, sed origo arboris dominum indicat.

Si radicibus vicini arbor aletur, tamen ejus est, in cujus fundo origo ejus fuerit. l. 6. in f. c.

c Vide tit. De glande legatâ. L. 12. h. l. 6. De aquâ & aquæ: Utrum hæc actio detur venditori vel emptori fundi.

## TITULUS VIII.

## Vi bonorum raptorum &amp; de turbâ.

## I.

Coercentur qui coactis hominibus aut rapiunt quid, aut damnum faciunt.

P RÆTOR ait a, si cui dolo malo hominibus coactis damni quid factum esse dicetur, sive cujus bona rapta esse dicentur, in eum qui id fecisse dicatur, judicium dabo. l. 2.

a La loi 2. §. 20. dit: Si publicanus pecus abduxit dum putat contra legem vectigalis aliquid factum esse, quamvis erraverit, agi tamen non potest adversus eum vi bonorum raptorum. Revera furtum sine affectu furandi non committitur.

## I I.

Creditor res sibi obligatas vi rapiens in crimen incidit.

Res obligatas sibi creditorem vi rapientem, non rem licitam facere, sed crimen committere convenit. l. 3. C. eod. V. inf. ad leg. Jul. de vi priv. l. 7. b.

b L. 13. Quod merus causâ. L. 5. Ad leg. Jul. De vi priv. L. 5. De acquirendâ vel amittendâ possessione.

## TITULUS IX.

## De incendio, ruinâ, naufragio, rate, navè expugnatâ.

## I.

In eum (judicium datur) qui ex incendio, ruinâ, naufragio, rate, navè expugnatâ quid rapuisse, recepisse dolo malo a, damnive quid in rebus dedisse dicetur. l. 1.

a L. 1. Ad leg. Jul. De vi priv.

Hujus edicti utilitas evidens, & justissima severitas est: si quidem publicè interest nihil rari ex hujusmodi casibus. d. l. §. 1.

## I I.

Non tantum autem qui rapuit, verum is quoque qui recepit ex causis supra scriptis tenetur: quia receptores non minus delinquant, quam adgressores. l. 3. §. 3.

## I I I.

Quod ait prætor de damno dato, ita demum locum habet si dolo malo damnum datum sit: nam si dolus malus absit b, cessat edictum. Quemadmodum ergo procedit quod Labeo scribit, si defendendi mei causâ vicini ædificium orto incendio dissipaverim: & meo nomine, & familiæ, judicium in me dandum?

Cum enim defendendarum mearum ædium causâ fecerim, utique dolo careo. Puto igitur non esse verum quod Labeo scribit. An tamen lege Aquiliâ c agi cum hoc possit? Et non puto agendum. Nec enim injuriâ hoc fecit, qui se tueri voluit, cum alias non posset. Et ita Celsus scribit. l. 3. §. 7.

b Delictum sine dolo non committitur, sed quasi delictum.

c V. l. 49. §. 1. Ad legem Aquiliam. L. 7. §. 4. Quod vi aut clam. V. l. 27. §. 1. Locati.

## I V.

Plurimum interest peritura collegerint (qui diripuisse aliqua ex naufragio probantur) an quæ servari possint, flagitiosè invaserunt. l. 4. §. 1. Et omnino ut in cæteris, ita hujusmodi causis, ex personarum conditione, & rerum qualitate, & diligenter sunt æstimandæ, ne quid aut durius aut remissius constituatur quam causa postulabit. d. §. in fin.

## V.

Ratis vi fluminis in agrum meum delatâ d, non aliter potestatem tibi faciendam, quam si præterito quoque damno mihi cavisses. l. 8.

d V. De damno infecto. n. 3 & 4.

## TITULUS X.

## De injuriis &amp; famosis libellis.

## I.

INJURIA ex eo dicta est, quod non jure fiat. Omne enim quod jure non fit, injuriâ fieri dicitur. Hoc generaliter. Specialiter autem injuria dicitur contumelia, interdum injuriæ appellatione damnum culpâ datum significatur, ut in lege Aquiliâ dicere solemus: interdum iniquitatem, injuriam dicemus. Nam cum quis iniquè, vel injustè sententiam dixit, injuriam ex eo dictam, quod jure & justitiâ caret, quasi non injuriam: contumeliam autem à contemnendo. l. 1.

## I I.

Injuriam autem fieri Labeo ait, aut re, aut verbis: re, quoties manus inferuntur: verbis autem, quoties non manus inferuntur, convicium fit. l. 1. §. 1.

## I I I.

Omnemque injuriam aut in corpus inferri, aut ad dignitatem, aut ad infamiam pertinere: in corpus fit, cum quis pulsatur: ad dignitatem: cum comes matronæ abducitur: ad infamiam, cum pudicitia attentatur. l. 1. §. 2.

In raptores, ex incendio, ruinâ, naufragio animadvertitur.

Par adgressori receptor.

Qui sine dolo & non ut noceat, sed ut sibi caveat damnum dedit, non tenetur.

Delicta ex personarum conditione, & rerum qualitate variè puniendâ.

Ratem in agrum delatam dominus non recepit, nisi de illato jam damno caveat.

Injuria dicitur quod non jure fit specialiter verò contumelia.

Injuria fit aut re, aut verbis.

Aut in corpus fit injuria, aut indignitatem, aut ad infamiam pertinet.

## I V.

Item aut per semetipsum alicui fit injuria, aut per alias personas. Per semet, cum directò ipsi cui patrifamilias, vel matrifamilias fit injuria: per alias, cum per consequentias fit, cum fit liberis meis, vel servis meis *a*, vel uxori, nuptive. Spectat enim ad nos injuria quæ in his fit, qui vel potestati nostræ, vel affectui subjecti sunt. l. 1. §. 3.

*a* L. 8. §. 3. Quod merùs causâ.

## V.

Hæredis interest defuncti existimationem purgare *b*. l. 1. §. 6.

*b* Egregium & honestum interesse. Contra injuriarum actio hæredi non competit. L. 10. §. 2. Si quis caution. L. 13. hic.

## VI.

Quòd si viro injuria facta sit, uxor non agit: quia defendi uxores à viris, non viros ab uxore æquum est. l. 2.

## VII.

Sanè sunt quidam qui facere non possunt (*injuriam*); ut putà furiosus, & impubes qui doli capax non est. Namque hi pati injuriam solent, non facere. Cum enim injuria ex affectu facientis *c* consistat, consequens erit dicere hos, sive pulsent, sive convicium dicant, injuriam fecisse non videri. l. 3. §. 1.

*c* L'on ne peut faire le procès à un furieux, ni le punir pour un crime commis tempore dilucidii intervalli, parce qu'il faut que chacun ait la liberté de se défendre, & peut-être auroit-il de bonnes raisons pour le faire s'il étoit dans son bon sens. On ne peut lui créer un curateur, parce que l'ordonnance ne le dit pas, elle ne parle que du muet & du sourd, ce qui ne peut s'appliquer à l'insensé: en sorte que s'il devient furieux après l'instruction, mais avant le dernier interrogatoire, la peine publique ne pourra être infligée. Mais pour les intérêts civils de la Partie, on peut le condamner, mais ce sera par la voie civile seulement, en sorte qu'il faudra convertir les informations en enquêtes, de même que s'il étoit mort. Pœnæ propter exemplum infliguntur. L. 7. §. 3. Ad legem Juliam Majestatis, & in emendationem hominum. L. 20. De pœnis.

## VIII.

Pati quis injuriam, etiam si non sentiat, potest: facere nemo, nisi qui scit se injuriam facere. l. 3. §. 2.

## IX.

Atrocem injuriam quasi contumeliosorem, & majorem accipimus, atrocem autem injuriam aut personam, aut tempore, aut re ipsa fieri Labeo ait. Personam atrocior injuria fit, ut cum magistratui, cum parenti, patrono fiat. Tempore, si ludis & in conspectu; nam prætoris in conspectu, an in solitudine injuria facta sit, multum interesse ait *d*: quia atrocior est quæ in conspectu fiat. L. 7. §. 7 & 8.

*d* V. l. ult. De ritu nuptiarum. L. ult. De abigeis.

## X.

Injuriarum actio ex bono & æquo est: & dissimulatione aboletur. Si quis enim injuriam dereliquerit, hoc est statim passus ad animum suum non revocaverit, postea ex pœnitentiâ remissam injuriam non poterit recolorere. *e* l. 11. §. 1.

*e* Reminiscence non-recevable. Remittentibus actiones suas non datur regressus. L. 14. §. 9. De Ædilitio edicto. L. 7. in fine. De servis exportandis.

Qui accipit satisfactionem, injuriam suam remisit. Nam & si nudâ voluntate injuriarum remisit, indubitatè dicendum est extingui injuriarum actionem, non minus quàm si tempore abolita fuerit injuria. l. 17. §. 6.

Injuriarum actio anno præscribitur *f*. l. 5. C. de inj.

*f* Nisi de creditore agatur. Tunc enim viginti anni requiruntur.

## XI.

Si mandatu meo facta sit alicui injuria, plerique aiunt, tam me qui mandavi, quàm eum qui suscepit, injuriarum teneri. l. 11. §. 3.

## XII.

Injuriarum actio neque hæredi *g* neque in hæredem datur. l. 13. *h*.

*g* L. 1. §. 6. Ubi hæredis interest defuncti existimationem purgare. *h* L. 10. §. 2. Si quis caution.

Lite contestatâ hæc actio ad successores pertinet. *d*. l.

## XIII.

Is qui jure publico utitur, non videtur injuriæ faciendæ causâ hoc facere. Juris enim executio non habet injuriam. l. 13. §. 1.

## XIV.

Si quis de honoribus decernendis alicujus passus non sit decerni, utputà imaginem alicui, vel quid aliud tale, an injuriarum teneatur: & ait Labeo, non teneri: quamvis hoc contumeliæ causâ faciet. Etenim multum interest, (inquit) contumeliæ causâ quid fiat, an verò fieri quid in honorem alicujus quis non patiat. l. 13. §. 4.

## XV.

Quæ jure potestatis à Magistratu fiunt, ad injuriarum actionem non pertinent. l. 13. §. 6.

## XVI.

Quod ait prætor: *si quis adversus ea fecerit, prout quaque res erit animadvertam*: sic intelligendum est, ut plenior esset prætoris animadversio, id est, & quodcumque eum moverit *i*, vel in personam ejus qui agit injuriarum actione, vel ejus adversus quem agitur, vel etiam in re ipsâ in qualitate injuriæ audiat eum qui agit. l. 15. §. 28.

*i* La loi 18 dit: Eum qui nocentem infamavit non esse bonum æquum ob eam rem condemnari, peccata enim nocentium nota esse & oportere & expedire. L. 31. Depositi.

*l* Non tenetur qui curavit ut convitium fieret, si factum non sit. L. 15. §. 10. V. l. T. f.

## XVII.

Injuriarum æstimatio non ad id tempus quo judicatur, sed ad id quo facta est, referri debet *m*. l. 21.

*m* Non augetur ex post facto præteriti delicti æstimatio. L. 134. §. 1. de regulis juris.

## XVIII.

Si quis injuriam atrocem fecerit, qui contemnere injuriarum judicium possit ob infamiam suam & egestatem *n*, prætor acriter exequi hanc rem debet *o*, & eos qui injuriam fecerunt coercere. l. 35.

*n* Infamia & egestas. *o* L. 1. §. ult. De pœnis.

## XIX.

Constitutionibus principalibus cavetur, ea quæ infamandi alterius causâ in monumenta publica posita sunt, tolli de medio. l. 37.

## XX.

Aliud convicii consilio aliquid injuriosum dicere, aliud in rixâ inconsulto calore prolapsum convicium objicere. l. 5. C. de injur.

## XXI.

Injuriarum causa non publicii judicii, sed privati continet querelam. l. 7. C. eod.

## XXII.

Si quis famosum libellum sive domi, sive in publico, vel quocumque loco ignarus reperit, aut corrupat priusquam alter inveniatur, aut nulli confiteatur inventum. Si verò non statim easdem chartulas vel corruperit, vel igni consumpserit, sed vim earum manifestaverit, sciat se quasi auctorem hujusmodi delicti capitali sententiæ subjugandum. l. 1. C. de famos. libell. V. l. 5. §. 9. l. 15. §. 29. ff. de injur.

## TITULUS XI.

## De extraordinariis criminibus.

## I.

**S**OLLICITATORES alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, & si effectu sceleris potiri non possunt, propter voluntatem perniciosæ libidinis *a* extrâ ordinem puniuntur. l. 1.

*a* Contra L. 18. De pœnis. Et distingue conatum à spei cogitatione. V. l. 225. De verborum significatione. L. 15. §. 10. Tituli præcedentis.

## II.

Sub prætextu Religionis, vel sub specie solvendi voti, cœtus illicitos nec à veteranis tentare oportet. l. 2.

Stellionatus

Non facit injuriam qui jure suo utitur.

Non tenetur injuriarum qui non honor alicui decernatur oblitus.

Quod ex officio facit magistratus, non est injuria.

Injuriæ æstimantur ex personis & qualitate injuriarum.

Spectandum tempus quo facta est injuria, non quo judicatur.

Acriter coercentur viles personæ quæ judicium injuriarum contemnere possint.

Tolluntur monumentis judicia posita in alicujus infamiam.

Aliud consilio, aliud in calore rixæ convicium proferre.

Injuriarum judicium privatum est.

Qui famosum libellum invenit, nec suppresserit, pro auctore habetur, & puniuntur.

Conatus sine effectu puniuntur.

Cœtus, etiam prætextu religionis, sunt illiciti.

Aut per se cui fit injuria, aut per conjunctas domesticas personas.

Hæredis interest fama defuncti.

Uxor pro viro injuriarum non agit.

Injuria ex affectu consistit: injuriam non facit doli non capax.

Injuria fieri potest non sentienti: sed non fit à nesciente.

Atrocem injuriam faciunt circumstantiæ personæ, temporis, loci, & ipsius facti.

Injuria aboletur ubi remissa est, aut accepta satisfactione, aut annuali præscriptione.

Mandator tenetur injuriarum.

Hæc actio nec hæredi datur, nec in hæredem, nisi lite contestatâ.



III. Stellionatus vel expilatæ hæreditatis iudicia accusationem quidem habent, sed non sunt publica. l. 3.

IV. Debet custodire (proconsul) ne Dardanarii b ullius mercis sint, ne aut ab his qui coemptas merces supprimunt, aut à locupletioribus qui fructus suos æquis pretiis vendere nollent, dum minus uberes proventus expectant (ne) annona oneretur. l. 6. c.

b Dardanarius, Cociator, Ariblator, παντοπώλης, μελάβος, παντομοτάβολος, σιτοκάπηλος, Monopoleur.  
c V. tit. de lege Juliâ. De annonâ.

V. Onerant annonam etiam stateræ adulterinæ d, de quibus D. Trajanus edictum proposuit, quo edicto pœnam legis Corneliæ in eos statuit. l. 6. §. 1.

d L. 32. §. 1. De lege Corneliâ. De falsis.

VI. Sunt quædam quæ more provinciarum coercionem solent admittere. Utpotâ in provinciâ Arabiâ σκοπελισμόν, id est, lapidum positionem, crimen appellant e. l. 9. f.

e V. l. 16. §. 9. De pœnis. f Plerique inimicorum solent lapides ponere indicio futuros quod si quis eum agrum coluisset, malo letho petiturus esset.

### TITULUS XII. De sepulchro violato.

La loi 3. §. 5. dit : D. Hadrianus rescripto pœnam statuit in eos qui in civitate sepeliunt. Quid tamen si lex municipalis permittat? Post rescripta principalia an ab hoc discessum sit, videbimus. Quia generalia sunt rescripta, & oportet imperialia statuta suam vim obtinere & in omni loco valere.

### TITULUS XIII.

#### De concussione\*.

\* Concussio est terror injectus pecuniæ vel rei alterius extorquendæ causâ. Cujacius.

I. SI simulato præsidis jussu concussio intervenit, ablatum ejusmodi terrore restitui præses provinciæ jubet, & delictum coeret. l. 1.

II. Si ideo pecuniam quis accepit, quod crimen minatus sit, potest iudicium publicum esse ex senatusconsultis, quibus pœnâ legis Corneliæ teneri jubentur qui in accusationem innocentium coierint, quive ob accusandum vel non accusandum, denuntiandum vel non denuntiandum testimonium, pecuniam acceperint. l. 2.

### TITULUS XIV.

#### De abigeis.

I. ABIGEI cum durissimè puniuntur ad gladium damnari solent. Puniuntur autem durissimè non ubique, sed ubi frequentius est id genus maleficii. l. 1.

II. Abigei autem propriè hi habentur qui pecora ex pascuis, vel ex armentis subtrahunt, & quodammodo deprædantur, & abigendi studium quasi artem exercent, equos de gregibus, vel boves de armentis abducentes. Cæterum si quis bovem aberrantem, vel equos in solitudine relictos abduxerit, non est abigeus, sed fur potius. l. 1. §. 1.

III. Qui porcã vel capram, vel vervecem abduxit, non tam graviter, quàm qui majora animalia abigunt, plecti debet. l. 1. §. 2.

IV. Quia plerumque abigei & ferro utuntur, si de-

prehendantur, ideo & graviter puniri eorum admisum solet. l. 2. Vide infra de furib. bal. n. 2.

V. Oves pro numero abactorum aut furem aut abigeum faciunt. Quidam decem oves gregem esse putaverunt, porcos etiam quinque, vel quatuor abactos, equum, bovem vel unum abigeatûs crimen facere. l. 3.

VI. Eum quoque plenius a coercendum qui à stabulo abegit domitum pecus non à sylvâ, nec grege b. l. 3. §. 1.

a Cujacius legit lenius non plenius. b V. l. ult. De ritu nuptiarum. l. 7. §. 7 & 8. De injuriis. L. 1. De furibus balnearum.

### TITULUS XV.

#### De prævaricatione.

I. PRÆVARICATOR est quasi varicator a, qui diversam partem adjuvat proditâ causâ suâ. Quod nomen Labeo à variâ certatione tractum ait. Nam qui prævaricatur ex utrâque parte constitit, quinimo ex alterâ. l. 1.

a L. 1. §. 1. & l. 1. §. 6. Ad senatusconsultum Turpillianum.

II. In omnibus causis, præterquam in sanguine, qui delatorem corrupit b, ex senatusconsulto pro victo habetur. l. ult. c.

b Quælibet est honesta ratio sanguinis eximendi. l. 18. C. De transactionibus. c L. 29. De jure fisci. l. 14. Ad leg. Jul. de adulteriis.

### TITULUS XVI.

#### De receptatoribus.

I. PESSIMUM genus est receptatorum, sine quibus nemo latere diu potest a. Et præcipitur, ut perindè puniantur, atque latrones. In pari causâ habendi sunt: quia apprehendere latrones possent, pecuniâ acceptâ, vel subreptorum parte dimiserunt b. l. 1.

a V. l. 48. §. 1. De furtis. Ad legem Juliam. De vi privatâ. n. ult. & de vi bonorum raptorum. n. ult. b Affinis autem qui latronem recipit, non tam graviter punitur. l. 2.

Eos qui secum alieni criminis reos occultando, eum eamve sociarunt, par ipsos & reos pœna expectet: & latrones quisquis sciens susceperit, & eos offerre iudicibus supersederit, supplicio corporali, aut dispendio facultatum, pro qualitate personæ, & iudicis æstimatione plectetur. l. 1. C. de his qui latr. vel al. crim. 1. occ.

II. Latrones auxilio militari inde eximendi c quo auferunt, & latitant: iique puniendi, qui apud se latitantem non exhibent. l. 2. C. eod.

c Manu militari. l. 68. De rei vindicatione.

### TITULUS XVII.

#### De furibus balneariis.

I. FURES nocturni extra ordinem audiendi sunt, & causâ cognitâ puniendi a. l. 1.

a L. 3. §. 1. De abigeis. L. 2. De effractoribus.

II. Si telo se fures defendunt, vel effractores, vel cæteri his similes, nec quicquam \* percusserunt, metalli pœnâ, vel honestiores relegationis, afficiendi erunt. l. 1.

niuntur qui armati abigunt.

Abigeum à fure distinguit porcorum numerus.

Gravius est à stabulis abigere, quam aliunde.

Prævaricator est qui diversam partem adjuvat.

Delatoris corruptor pro victo est, præterquam in causâ sanguinis.

Pro latroni receptatores.

Puniendi qui latrones occultaverint.

Durius nocturni fures puniendi.

Fur cum telo gravius puniatur.  
\* Quemquam.

Non est publicum iudicium stellionatus, nec expilatæ hæreditatis.

Caveat Magistratus ne annona oneretur per Dardanarios, & eos qui vendere nolint justo pretio.

Stateras adulterinas & falsas mensuras habentes puniendi.

Sunt quædam crimina certis in locis usitata, alibi incognita.

Concussionis tenetur qui fingit jussu præsidis.

Item qui crimen minatur, vel ut accuset aut non accuset, pecuniam accipit.

Pro frequentia hujus criminis durius puniuntur abigei.

Abigei sunt qui pecora ex pascuis, vel armentis subtrahunt.

Qui majora animalia abigunt, gravius puniuntur.

Severius pu-

*b* Sed permittitur ipsis, cum dissolvuntur pecunias communes partiri. Pacta collegiorum servantur ne quid ex publico corrumpant. L. ult. V. Bodin, de la république.

## TITULUS XVIII.

## De effraCTORIBUS &amp; EXPILATORIBUS.

## I.

*EffraCTORES* carceris, & qui evaserunt puniendi.

**D**E his qui carcere effraCTOR evaserunt sumendum supplicium *a*. L. 1. Quod si per negligentiam custodum evaserunt, leviùs puniendi. d. l. v. l. 13. ff. de custod. & exhib. reor.

*a* En France on fait le procès pour le bris de prison.

## II.

*EffraCTORES* nocturni atrociores.

Inter effraCTORES variè animadvertitur. Atrociores enim sunt nocturni effraCTORES. l. 2.

## TITULUS XX.

## Stellionatus.

## I.

*Stellionatus* est rem alienatam vel obligatam alteri, eo in cío, distrahere, vel obligare.

**M**AXIMÈ in his locum habet (*stellionatus*) *a*, si quis fortè rem alii obligatam, dissimulatâ *b* obligatione, per calliditatem, alii distrahierit, vel permittaverit, vel in solutum dederit: nam hæ omnes species stellionatum continent. l. 3. §. 1. c.

*a* L. 43. §. 3. De furtis. *b* Chez nous il faut déclarer la chose franche & quitte. *c* V. L. 36. De pignoratitiâ adione.

Improbum quidem & criminofum fateris, easdem res pluribus pignorasfe, dissimulando in posteriore obligatione, quod eadem aliis pignori tenerentur. Verùm securitati tuæ consulens, si oblato omnibus debito, criminis instituendi causam peremeris. l. 1. C. de crim. stellion.

Rem donatam obligare stellionatus est. l. 2. C. eod.

## TITULUS XXI.

## De termino moto.

## I.

*Puniendi* qui terminos moverunt.

**D**IVUS Hadrianus in hæc verba rescriptit: Quin pessimum factum sit eorum qui terminos finium causâ positos propulerunt, dabitari non potest. De pœnâ tamen modus ex conditione personæ, & mente facientis magis statui potest. l. 2. V. l. 1. C. de accus. & infc.

## II.

*Item* qui ut fines obscurarent, locorum faciem immutarent.

Hi quoque qui finalium *a* questionum obscurandarum causâ faciem locorum convertunt, ut ex arbore arbutum, aut ex sylvâ novale *b*, aut aliquid ejusmodi faciunt, pœnâ plectendi sunt, pro personâ & conditione, & factorum violentiâ. l. 3. §. ult.

*a* L. 11. Finium regundorum. *b* L. 30. De verborum significatione.

## TITULUS XXII.

## De collegiis &amp; corporibus.

## I.

*Illicita* sunt collegia sine permissu principis.

**M**ANDATIS principalibus præcipitur præsidibus provinciarum, ne patiantur esse collegia sodalitia. l. 1.

In summâ nisi ex senatusconsulti auctoritate *a*, vel Cæsaris, collegium vel quodcumque tale corpus coeirit, contra senatusconsultum, & mandata, & constitutiones collegium *b* celebrant. l. 3. §. 1.

*a* V. L. Quod cujusque universi En l'année 1662, déclaration du Roi qui oblige toutes les communautés de France établies depuis 40 ans, de rapporter les lettres-patentes de leur établissement.

## LIBER XLVIII.

## TITULUS I.

## De publicis judiciis.

## I.

**P**UBLICORUM judiciorum quædam capitalia, quædam non capitalia *a*. Capitalia sunt ex quibus pœna, mors aut exilium *b* est; hoc est aquæ & ignis interdictio: per has enim pœnas eximitur caput de civitate. Nam cætera, non exilia, sed relegationes propriè dicuntur: tunc enim civitas retinetur. Non capitalia sunt, ex quibus pecuniaria *c*, aut in corpus aliqua coercitio pœna est. l. 2.

*a* L. 2. De pœn. s. *b* Scilicet perpetuum. L. 39. De jure fisci. *c* L. 2 & 21. De pœnis. L. 103. De verborum significatione.

## II.

Publica accusatio, reo vel reâ antè defunctis, perimitur. l. 3. V. exceptionem. tit. seq. l. 20.

## III.

Si quis reus factus est, purgare se debet *d*: nec ante potest accusare, quàm fuerit excusatus. Constitutionibus enim observatur, ut non relatione criminum sed innocentia reus purgetur. l. 5.

*d* Récrimination.

## IV.

Infamem non ex omni crimine sententia facit, sed ex eo quod judicii publici causam habuit: itaque ex eo crimine, quod judicii publici non fuit, damnatum infamia non sequetur: nisi id crimen ex eâ actione fuit, quæ etiam in privato judicio infamiam condemnato importat: velut furti, vi bonorum raptorum *e*. l. 7.

*e* Idem de l'amende.

## V.

Feriat diebus custodias *f* audire posse rescriptum est ita ut innoxios dimittat, & nocentes qui duriorrem \* animadversionem indigent, differat. l. 12.

*f* Id est, custodiâ detentos.

## TITULUS II.

## De accusationibus &amp; inscriptionibus.

## I.

**S**I cui crimen objiciatur, præcedere debet in crimen subscriptio. Quæ res ad id inventa est, ne facile quis profiliat ad accusationem *a*, cum sciat inultam sibi accusationem non futuram. l. 7.

*a* Quia visum est temeritatem agentium etiam extraordinariâ animadversione coercendam. L. ult. De furtis.

## II.

(Accusare non licet) eum qui reipublicæ causâ abfuerit, dum non retractandæ legis causâ abest. l. 12. V. l. 15. §. 1. ff. ad leg. Jul. de adult.

## III.

Ex judiciorum publicorum admissis non aliàs transeunt adversus hæredes pœnæ bonorum ademptionis, quàm si lis contestata, & condemnatio fuerit secuta: excepto repetundarum, & majestatis judicio: quæ etiam mortuis reis, cum quibus nihil actum est, adhuc exerceri placuit, ut bona eorum fisco vindicerentur. Adeo ut D. Severus & Antoninus rescripserint, ex quo quis aliquod ex his causis crimen contraxit, nihil ex bonis suis alienare, aut manumittere eum posse

*Capitale* judicium est in quo pœna, mors aut exilium: cætera sunt non capitalia.

*Mortuo* ante accusationem reo perimitur accusatio.

Non admittantur duo invicem accusatores, & rei.

*Infamiam* irrogat publicum crimen.

*Custodias* audire debet judex, si qui sint dimittendi.

\* Durior animadversione.

*Accusator* debet in crimen subscribere.

*Inter* reos non refertur absens Reipublicæ causâ.

*Post* mortem rei potest institui accusatio repetundarum & majestatis.

posse. Ex cæteris verò delictis pœna incipere ab hærede ita demùm potest, si vivo reo accusatio mota est, licet non fuit condemnatio secuta L. 20. V. s. tit. prox. l. 3. V. inf. de leg. Jul. repet. l. 2.

b. L. 15 De donationibus. 41. De solutionibus. 46. §. 6. De jure fisci. L. 15. Qui & à quibus manumissi.

## IV.

Ibi de crimine agit ubi contractum est. Alterius Provinciæ reus apud eos accusatur & damnatur apud quos crimen contractum ostenditur. L. ult. V. Tit. seq. l. 11.

## V.

Mandator criminis reum non excusat sed ipse sit reus. Non idem minùs crimine, sive atrocium injuriarum judicio tenetur is qui in justam accusationem incidit, quia dicit alium se hujusmodi facti mandatore habuisse. Namque hoc casu, præter principalem reum mandatorem quoque ex suâ personâ conveniri posse, ignotum non est. L. 5. C. eod.

## VI.

Vel civili vel crimina- li judicio agere potest cui utrumque compe- tit. Quoties de re familiari & civilis & criminalis competit actio, utraq; licet experiri, sive priùs criminalis sive civilis actio moveatur. Nec sive civiliter fuerit actum, criminalem posse consumi: & similiter à contrario. Sic denique & per vim de possessione dejectus, si de eâ recuperandâ interdicto unde vi fuerit usus, non prohibetur tamen etiam lege Juliâ de vi, publico judicio instituere accusationem c. un. c. quando civ. act. crim. præjud.

c. V. l. 56, §. 1. & l. ult. De furtis.

## TITULUS III.

## De custodia &amp; exhibitione reorum.

## I.

An reus in carcerem mittendus sit, Judex aestimat, pro crimine & personæ qualitate. Fidejussor rei, qui eum non exhibet, pecuniâ plectitur. Interrogandi rei de sociis & receptatoribus. Perquirendi rei vicinorum Magistratuum auxilio. Carceri præpositus si pretio corruptus, sine vinculis agere custodiam vel ferrum venenumve in carcerem inferri passus est, officio Judicis puniendus est L. 8.

## II.

Si quis reum criminis pro quo satisfecit, non exhibuerit, pœnâ pecuniariâ plectitur. L. 4.

## III.

Irenarchæ cum apprehenderint latrones, interrogent eos de sociis & receptatoribus. L. 6.

## IV.

Solent Præsides Provinciarum, in quibus delictum est, scribere ad collegas suos ubi factores facinorosi agere dicuntur, & desiderare ut cum persecutoribus ad se remittantur. L. 7.

## V.

Carceri præpositus si pretio corruptus, sine vinculis agere custodiam vel ferrum venenumve in carcerem inferri passus est, officio Judicis puniendus est L. 8.

## VI.

Remittitur reus ad suum Judicem cum elogio. Non est dubium, quin cujuscumque est Provinciæ homo qui ex custodia producitur, cognoscere debeat is qui ei Provinciæ præest, in quâ (Provincia a) agit. Illud à quibusdam observari solet, ut cum cognovit, & constituit, remittat illum cum elogio b ad eum qui Provinciæ præest, unde is homo est. Quod ex causâ faciendum est. L. 11. d. l. §. 1.

a V. l. ult. De accusationibus. b Informations.

## VII.

Rei nec diutius, nec durius in carcere detinendi. Rei non diutius in custodia detinendi sunt, sed quantum citius aut puniendi, aut absolvendi. Nec vinculis, aut intimâ sede c cruciandi: sed pro modo criminis custodiendi. Nec ferenda custodum avaritia qui crudelitatem accusatoribus vendant. L. 1. C. de cust. reor.

c Intima sedes est locus ultimus carceris ubi nulla lux.

De his quos tenet carcer inclusos, id apertâ definitione sancimus, ut aut convictos velox pœna sub-

Tome II.

ducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret. L. 5. C. eod.

## VIII.

Quoniam unum carceris conclave permixtos sexu criminosos includit, hæc lege sancimus, ut etiam si pœnæ qualitas permixtione jungenda est, sexu tamen dispares diversa claustrorum habere tutamina jubeantur. L. 3. C. eod.

## IX.

Ad commentariensem & receptarum personarum custodia observatioque pertineat. L. 4. C. eod.

d Greffier des Prisons.

## X.

Neminem oportet injici custodiae absque jussione Magistratum. L. ult. C. eod.

## XI.

Jubemus nemini penitus licere in quibuslibet Provinciis, vel in agris suis, aut ubicumque domi privati carceris exercere custodiam. L. 1. c. de priv. carc. inhib.

## TITULUS IV.

## Ad legem Juliam Majestatis.

## I.

Majestatis crimen illud est, quod adversus Populum Romanum, vel adversus securitatem ejus committitur. L. 1, §. 1.

## II.

Etiam ex aliis causis majestatis crimina cessant meo sæculo: nedum etiam admittam te paratum accusare Judicem propterea crimine majestatis, quod contra constitutionem meam (eum) dicis pronuntiasse. L. 1. C. eod.

## III.

Eadem severitate voluntatem sceleris quâ effectum (in reis majestatis) puniri jura voluerunt. L. 5. C. eod. V. inf. de pœn. l. 18. a.

a V. l. 1. De extraordinariis criminibus.

Propter cogitationem dignus est pœnâ. L. 6. C. eod.

b La seule pensée est criminelle. 1°. A l'égard de la souveraineté, 2°. A l'égard de la foi, 3°. A l'égard de la chasteté.

Filii verò (reorum majestatis) quibus vitam imperatoriam specialiter lenitate concedimus, (paterno enim deberent perire supplicio, in quibus paterni hoc est hæreditarii criminis exempla metuuntur) à maternâ c, vel a vitâ, omnium etiam proximorum hæreditate ac successione habeantur alieni: testamentis extraneorum nihil capiant, sint perpetuò egentes, & pauperes, infamia eos paterna semper comitetur, ad nullos prorsus honores, ad nulla sacramenta perveniant: sint postremò tales, ut his perpetuâ egestate sordentibus, sit & mors solatium, & vita supplicium. L. 5. C. eod. V. inf. d. pœn. n. 42. d.

c Charitas enim parentum erga liberos parentes amiciores rei publicæ reddidit. d L. 2, §. 7. De Decurionibus & filiis eorum.

## V.

Hoc tamen crimen à Judicibus non in occasionem ob principalis majestatis venerationem habendum est, sed in veritate. Nam & personam sectandam esse an poterit facere, & an ante quid fecerit, & an cogitaverit, & an sanæ mentis fuerit. Nec lubricum linguæ ad pœnam facile trahendum est e. Quamquam enim temerarii digni pœnâ sint, tamen ut insanis illis parcendum est, si non tale sit delictum, quod vel ex scripturâ legis defendit ad exemplum legis vindicandum est f. L. 7, §. 3.

e L. ult. C. Si quis Imperatori maledixerit. f Pœnæ propter exemplum infliguntur. V. Hobbes de civ. 13. n. 16. Vide ad l. 3. §. 1. De injuriis.

## VI.

Is qui in reatu decedit, integri status decedit: ex-

d d

In peccata

Separandi sexus in carcere.

Reorum in carcere custodia & cura penes commentariensem.

In carcerem non nisi jussu magistratus rei mittuntur. Privatus carcer prohibitus.

Majestatis crimen est delictum in Principem, aut statum Reipublicæ.

Non est reus majestatis qui contra constitutionem Principis pronuntia-

vit.

Cogitatio- nis pœnam patitur reus majestatis.

Posteri reorum majestatis suas pro scelere paterno pœnas sustinent.

Non facile in scelus majestatis vertendum quod leviter nec malo animo prolata-

jeftatis post mortem anisadvertitur. **I**nguitur enim crimen mortalitate, nisi forte quis majestatis reus fuit. Nam hoc crimine, nisi à successoribus purgetur, hæreditas fisco vindicatur. *L. ult.*

**Ex crimine majestatis defunctorum memoria damnatur, bona publicantur.** Majestatis rei etiam post mortem tenentur, & confiscatur eorum substantia. Et post mortem hoc crimen moveri incipit, & memoria defuncti damnatur, & res ejus hæredibus auferuntur. Nam ex eo tempore quo hanc cogitationem subiit, propter cogitationem dignus est pœnâ. *L. 6. C. eod. l. penult. & ult. eod.*

Post mortem nocentium hoc crimen inchoari potest. *D. l. ult. C. eod.*

## TITULUS V.

### Ad legem Juliam de adulteriis coercendis.

#### I.

**Lenocinii reus est maritus qui de adulterio uxoris lucrum facit.** **I** Enocinii crimen lege Juliâ de adulteriis præscriptum, est cum sit in eum maritum pœna statuta qui de adulterio uxoris suæ quid ceperit. *L. 2, §. 2.*

#### II.

**Adulterium in nuptam stuprum in virginem aut viduam.** Propriè adulterium in nuptâ committitur; propter partum ex altero conceptum composito nomine. Stuprum verò invirginem, viduamve committitur. Quod græci φθορὰν id est, corruptionem appellant. *L. 6, §. 1.*

#### III.

**Quiescens matrimonium adulterii accusatione turbare non licet.** Ignorare non debuisti, durante eo matrimonio in quod adulterium dicitur esse commissum, non posse mulierem ream adulterii fieri, sed nec adulterum interim accusari posse. *L. 11, §. 10. inf.*

**IV.** Constante matrimonio, ab eo qui extra maritum ad accusationem admittitur, accusari mulier adulterii non potest. Probatam enim à marito uxorem, & quiescens matrimonium non debet alius turbare, atque inquietare, nisi prius lenocinii maritum accusaverit. *L. 26.*

**Absentis uxor secundò nubere nunquam poterit, nisi fuerit, alteri nubere: nisi certissimò mortuum esse viri probatâ morte.** Mulier, cum absentem virum audisset vitâ defunctum esse, alii se junxit, mox maritus reversus est. Quæro, quid adversus eam mulierem statuendum sit? *L. 11, §. 12.* Non licet mulieri quantocumque tempore vir adpoterit, nisi fuerit, alteri nubere: nisi certissimò mortuum esse viri legitimis probationibus constiterit. *Nov. 117. c. 11.*

#### V.

**In sponsâ vindicatur adulterium.** Divi Severus & Antoninus rescripserunt, etiam in sponsâ hoc idem vindicandum. Quia neque matrimonium qualecumque, nec spem matrimonii violare permittimur. *L. 13, §. 3.*

#### VI.

**Lenocinii tenetur cujus ope deprehensus in adulterio pecuniâ vel quâ pactione se redemit.** Is cujus ope, concilio, dolo malo factum est a ut vir fœminave in adulterio deprehensa, pecuniâ aliâve quâ pactione b se redimerent, eâdem pœnâ damnatur. *L. 14.*

a *L. 18. C. De transactionibus. b L. ult. De prævaricat.*

#### VII.

**Marito non licet uxorem adulteram occidere.** Marito mulierem adulteram non est permittum occidere. *L. 22, §. ult.* Mariti calor & impetus facilè decernentis, fuit refrænandus. *D. §. V. l. 38. §. 8. eod. l. 1, §. 5, ff. ad leg. Corn. de sic.*

c Patri autem occidere filiam permittitur, plerumque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit. *Dicitâ lege 22, §. ult.*

#### VIII.

**Adulterium capitale vindicatur.** Sacrilegos nuptiarum gladio puniri oportet. *L. 30 f. C. ad leg. Jul. de adult. d.*

d Item sollicitatores & interpellatores. *L. 1. De extraordinariis criminibus.*

#### IX.

**Adultera in Monasterium detrudenda.** *Nov. 134. c. 10.*

e Authent. Sed hodie C. h. t. *Au Châtelet de Paris on adjuge la dot au mari, mais en usufruit seulement, quand il y a des enfans.*

#### X.

**Mortuus a** Propter dotis quæstionem, utrùm in lucro marito

cedat, an hæredibus mulieris (adulteræ) restituatur, facultatem maritus habeat probationes adulterii præstare. *L. 36, C. ad leg. Jul. de adult.*

dulterâ, probationes adulterii admittuntur propter causam dotis.

## TITULUS VI.

### Ad legem Juliam de vi publicâ.

#### I.

**I** Ege Juliâ de vi publicâ tenentur, qui turbæ seditio-nisve faciendæ consilium inierint, aut homines in armis habuerint. *L. 3. V. leg. 10. eod.*

De vi publicâ tenentur qui turbam cogit aut seditio-nem

#### II.

In eâdem causâ sunt, qui pessimo exemplo convocatu, seditione villas expugnaverint, & cum telis & armis bona rapuerint. *L. 3, §. 2.*

Capite puniuntur qui expugnant, aut rapiunt inturbâ cum telo.

a *Point d'assemblées illicites sans port d'armes: point de port d'armes défendu sans assemblées.*

Hi qui ædes alienas aut villas expilaverint, effregerint, expugnaverint, si quidem in turbâ cum telo fecerint, capite puniuntur. *L. 11.*

#### III.

Eâdem lege tenentur, qui cum hominibus armatis possessorem domo agrove suo, aut navi suâ dejecerit, expugnaverit (concurso). *L. 3, §. ult.*

Hæc lege tenentur qui cum hominibus armatis possessorem dejecerit.

Qui cœtu, concursu, turbâ, seditione, incendium fecerit, quique hominem dolo malo incluserit, obfederit. *L. 5.*

Incendium fecerit, hominem incluserit sibi obligaverit.

Quive per vim sibi aliquem obligaverit: nam eam obligationem lex rescindit. *D. l. 5.*

#### IV.

Si de vi & possessione, vel domnio quærat, ante cognoscendum de vi, quàm de proprietate rei. *L. 5 §. 1.* Prius de vi quærat quam de jure domini, sive possessionis. *D. §. inf.*

Prius de vi quàm de proprietate, aut possessione agendum.

Ante omnia violentiæ causam examinari præcipimus, & in eâ requiri, quis ad quem pervenerit possidentem: ut ei quem constiterit expulsum, amissæ possessionis jura reparentur. *L. 7. C. eod.*

#### V.

Qui vacantem b mulierem rapuit, vel nuptam, ultimo supplicio punitur. *L. 5, §. 2.*

Raptor mulieris capite punitur cum consciiis & ministris criminis.

b Viduam.

Raptores virginum, sive jam desponsatæ fuerint, sive non vel quarumlibet viduarum fœminarum, pessima criminum peccantes, capitis supplicio plectendos decernimus. *L. un. C. de rapt. virg.*

Eâdem pœnâ tenentur qui eos comitati fuerint: item conscii, & ministri hujus criminis. *D. l. §. 2.*

#### VI.

Armatus non utique eos intelligere debemus qui tela habuerint, sed etiam qui aliud quod nocere potest. *L. 9.*

Armatus dicitur non telis solum, sed & iis quæ nocere possunt.

## TITULUS VII.

### Ad legem Juliam de vi privatâ.

#### I.

**E**X constitutionibus Principum extra ordinem qui de naufragiis aliquid diripuerint, puniuntur. Nam & Divus Pius rescripsit, nullam vim nautis fieri debere, & si quis fecerit ut severissimè puniatur. *L. 1, §. 2. a.*

Severissimè puniuntur qui de naufragio alibi quid diripuerint.

a De incendio, ruinâ naufragio.

#### II.

Sed si nulli convocati, nullique pulsati sint, per injuriam tamen ex bonis alienis quid ablatum sit, hac lege teneri eum, quid id fecerit. *L. 3, §. 2.*

Ablatum sine turbâ, & nemine pulsato, vindicatur.

#### III.

Creditorum, si adversus debitores suos agant, perjuram debitorum in quod sibi deberi putant, reposcere debent. Alioquin, si in rem debitoris sui intraverint, id nullo

Creditoris possidens non auctore Judice.

vel ipso de- concedente, Divus Marcus decrevit jus crediti eos non habere. Verba decreti hæc sunt: *Optimum est b, ut si quas putes te habere petitiones, actionibus experiaris. Interim ille in possessione debet morari, tu petitor es. Et cum Marcianus diceret, Vim nullam feci; Cæsar dixit, Tu vim putas esse solum, si homines vulnerentur? Vis est & tunc, quoties quis id quod deberi sibi putat, non per judicem reposcit: non puto autem, nec verecundiæ, nec dignitati tuæ convenire quicquam non jure facere. Quisquis igitur probatus mihi fuerit nullam debitoris non ab ipso sibi traditam, sine ullo iudice merè possidere, eumque sibi jus in eam rem dixisse, jus crediti non habebit. L. 7, l. 5, C. eod.*

b L. 13. Quod metus causâ. L. 5. De acquirendâ vel amittendâ possessione. De vi bonorum raptorum. N. ult.

## I V.

Quoniam multa facinora sub uno violentiæ nomine continentur, cum aliis vim inferre certantibus, aliis cum indignatione resistentibus, verbera cædente crebrò deteguntur admittæ; placuit si fortè quis ex possidentis parte, vel ex ejus qui possessionem temerè tentaverit, interemptus sit, in eum supplicium exerceri, qui vim facere tentaverit, & alterutri parti causam malorum præbuerit: & non jam aut relegatione, aut deportatione infulæ plectatur, sed supplicium capitale excipiat. L. 6, C. eod.

## V.

Crimen non dissimile est rapere, & ei qui rapuit raptam rem, scientem delictum fervare. L. 9, C. eod. c.

c V. titulum. De receptatoribus. L. 48, §. 1. De furtis.

## TITULUS VIII.

## Ad legem Corneliam de sicariis &amp; veneficiis.

## I.

Legem Corneliam de sicariis & veneficiis tenetur qui hominem occiderit. L. 1. Præterea tenetur, qui hominis necandi causâ venenum confecerit, dederit: quive falsum testimonium dolo malo dixerit, quo quis publico iudicio rei capitalis damnaretur; quive magistratus judexve questionis sub capitalem causam; pecuniam acceperit, ut publicâ lege reus fieret, d. l. §. 1.

## II.

Qui hominem occiderit, punitur, non habitâ differentiam cuius conditionis hominem interemit. L. 1, §. 2.

## III.

Divus Hadrianus rescripsit eum qui hominem occidit, si non occidendi animo hoc admisit, absolvi posse. L. 1, §. 3.

## IV.

Si gladium strinxerit & in eo percusserit, indubitâ tate occidendi animo id eum admisisse. Sed si clavi percussit, aut cucumâ a in rixâ, quamvis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam pœnam ejus, qui in rixâ causâ \* magis, quam voluntate homicidium admisit, d. §. 3.

a Genus vas.

## V.

Qui venenum necandi hominis causâ fecerit, vel vendiderit, vel habuerit, plectitur. L. 3.

## VI.

Pigmentarii b si cui temerè c venena dederint, pœnâ teneantur hujus legis. L. 3, §. 3, d.

b Pharmacopolæ. c Facilius. d. Lex 3, §. 2, ait: Relegatur qui portionem concipiendi causâ dedit, licet non malo animo, sed malo exemplo, si ea quæ sumpsit decesserit.

## VII.

Solent hodie (sicarii & veneficii) capite puniri. L. 3, §. 5, e.

e Lex 7 ait: In hac lege dolus pro facto accipitur: nec lata culpa pro dolo accipitur. V. quod dixi ad tit. de su spectis tutoribus.

Tome II.

## VIII.

Si quis dolo infulam meam exusserit, capitis pœnâ plectetur, quasi incendiarius. L. 10.

## IX.

Infans vel furiosus qui hominem occiderint, lege Corneliam non tenentur: cum alterum innocentia con- filii tuetur, alterum fati infelicitas excusat f. L. 12.

f Sufficit eum furore ipso puniri. L. 9, §. 2. De lege Pompeia de parricidiis. L. 14. De officio Præsidis.

## X.

In maleficiis voluntas spectatur, non exitus. L. 14. V. n. 14.

## XI.

Nihil interest, occidat quis, an causam mortis præbeat. L. 15.

## XII.

O ἐπιλαμμενος τινι φονεῦσαι, ὡς φονεὸς κρινεται, id est, mandator cædis, pro homicida habetur. L. 15, §. 1.

## XIII.

Si in rixâ percussus homo perierit, ictus uniuscujusque in hoc collectorum contemplari oportet. L. ult.

## XIV.

Crimen contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat. Cæterum ea quæ ex improvise casu potius quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxæ imputantur. L. 1, in f. C. eod. L. 5, eod.

## XV.

Plus est hominem extinguere veneno, quam occidere gladio. L. 1, C. de malef. & math.

## XVI.

Eorum est scientia puniendâ g, & severissimis meritò legibus vindicandâ, qui magicis accincti artibus, aut contra salutem hominum moliri, aut pudicos animos ad libidinem deflexisse h, deteguntur. L. 4. C. de malef. & math. V. n. seq.

g Voyez la Déclaration du Roi de 1682. h, Bonum hoc amariorum sine medicamento, carmine, vel herbâ, si vis amari, amariorum. Senec. 1. Epist. 9.

## XVII.

Nemo aruspice consultat, aut mathematicum, nemo ariolum. Augurum & vatum prava confessio conticescat. Chaldæi ac magi, & cæteri quos maleficos, ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuò divinandi curiositas. Etenim supplicio capitis ferietur, gladio ultore prostratus, cuicumque jussis (nostris) obsequium denegaverit. L. 5, C. eod.

## XVIII.

Culpa similis est tam prohibita discere, quam docere. L. 8, C. eod.

## TITULUS IX.

## De lege Pompeia de Parricidiis.

## I.

Si quis parentis, aut filii, aut omnino adfectionis ejus quæ nuncupatione parricidii continetur, fata properaverit, sive clam, sive palam id enisus fuerit, pœnâ parricidii puniatur. L. 1, C. de his qui par. vel lib. occid. V. l. 1, ff. h. l. 9. eod.

## II.

Utrum qui occiderunt parentes, an etiam conscii pœnâ parricidii adficiantur, quæri potest. Et ait Marcianus, etiam conscios eadem pœnâ adficiendos, non solum parricidas. Proinde conscii etiam extranei eadem pœnâ adficiendi sunt a. L. 6.

a La Loi 6 dit que Patria potestas in pietate non in atrocitate consistit. La loi 1, §. dernier, De liberis exhibendis, dit: Ita tamen ut patri persuadeatur ne acerbe patriam potestatem exerceat.

d d ij

TITULUS X.

De lege Cornelia de falsis, & de Senatusconsulto Liboniano.

\* L'Ordonnance de Blois permet aux Curés de recevoir des testamens, quoiqu'il y ait des legs au profit de l'Eglise. V. l. 14, §. 1. h.

I.

**P**œna legis Corneliae irrogatur ei qui falsas testationes faciendas testimoniave falsa inspicienda dolo malo conjecerit. \* L. 1.

II.

**Q**ui testamentum amoverit, celaverit, eripuerit, deleverit, interleverit, subjecerit, resignaverit; quive testamentum falsum scripserit, signaverit, recitaverit dolo malo, cujusve dolo id factum erit, legis Corneliae pœnâ damnatur. L. 2, L. 9, §. 3.

III.

**Q**ui ignorans falsum esse testamentum, vel hæreticitatem adiit, vel legatum accepit, vel quoquo modo agnovit, falsum testamentum dicere non prohibetur a. L. 3, C. eod. a L. 14. c. De inofficioso testamento. L. 5. De his quæ ut indignis aufertur. Point de fin de non-recevoir en faux.

IV.

**Q**uicumque nummos aureos b partim raserit, partim tinxerit, vel finxerit, summo supplicio affici debent. L. 8.

b Idem si argenteos. Paul. 5. Sent. 25, §. 1, contra pœna non extenditur secum admodum quosdam.

**L**ege Cornelia cavetur, ut qui in aurum vitii quid addiderit, qui argenteos nummos adulterinos flaverit, falsi crimine teneri. Eadem pœnâ afficitur etiam is qui, cum prohibere tale quid posset, non prohibuit. L. 9, d. l. §. 1. V. l. 8.

**Q**ui ad hoc ministerium præbuerint, cum eo qui fecit, supplicio capitali plectuntur. L. 1. C. de fals. mon.

V.

**C**um falsi reus ante crimen illatum, aut sententiam dictam, vitâ decedit, cessante Cornelia, quod scelere quæsitum est, heredi non relinquitur. L. 12. Et pervenit ei aufertur.

VI.

**F**alsi nominis vel cognominis adseveratio pœnâ falsi coercetur c. L. 13.

c La Loi 14, §. 1, peut s'appliquer à un Curé & à un Notaire qui écrit un legs conjointement pour lui & pour un autre: elle décide qu'il est nul. V. contra Paul. III. Sent. 6, §. 14.

**N**ominis mutatio, sine fraude, non est illicita. L. eorum, illud un. C. de mutat. nom. licitum.

VII.

**P**aulus respondit, legis Corneliae pœnâ omnes tenentur, qui etiam extra testamenta cætera falsa signassent. Sed & cæteros qui in rationibus, tabulis, litteris publicis, aliâve quâ re, sine consignatione falsum fecerunt, vel ut verum non appareat, quid celaverunt d, subjecerunt, resignaverunt, eadem pœnâ affici solere dubium non esse. L. 16, §. 1 & 2.

d La Loi 19, §. 7, dit: Accusatio suppositi partus nullâ temporis præscriptione depellitur: nec interest decenerit necne quæ partum subdidisse contenditur. Cujacius autem ait præscribi per viginti annos, scilicet quoad pœnam.

VIII.

**Q**ui duobus in solidum eamdem rem diversis conductibus vendidit, pœnâ falsi coercetur. Et hoc & traxit falsi Divus Hadrianus constituit e. L. 21, tenetur.

e Adjungitur & is qui judicem corrumpit; sed remissius puniri solet eod. Causa cadere debet qui in corruptelam judicis spem victoriæ reposuerit. L. 1, c. De pœna judicis qui male judicavit.

IX.

**Q**uid sit falsum quæritur: & videtur id esse, si quis alienum chirographum imitetur, aut libellum vel rationes interdicat, vel describat. Non qui aliàs in com-

Falsi reus est qui alienum chirographum imitatur.

putatione, vel in ratione mentiuntur. L. f. 23.

f Non qui mentitur.

X.

**E**os qui diversa inter se testimonia præbuerunt, quasi falsum fecerint, & præscripto legis teneri pronunciat. Et eum qui contra signum suum falsum præbuit testimonium g, pœnâ falsi teneri pronunciatum est: de impudentiâ ejus qui diversa duobus testimoniis præbuit h, cujus ita anceps fides vacillat i, quod crimine falsi teneatur, nec dubitandum est. L. 27, d. l. §. 1.

g Nec fides vili testimonio adhibetur contra Guidonem Papam qui ait teitem in secundâ depositione videri corruptum. Quid de ceux qui donnent des consultations contraires? h Qui se promitte gessit, vel illicitis insignibus usus est, vel falso diplomate vias commearit, puniendus est. §. 2, l. 137, §. 2. De verborum obligationibus. i L. 23. De testibus.

XI.

**S**i à debitore, prælato die l, pignoris obligatio mentiatur, falsi crimine \* locus est. L. 28.

l Antidate ἀπορροπίστος Proferre diem. Repetere. Antevertere. Referre. Anticipare. L. 33. De receptis. L. 3, §. 2. De edendo. tit. 2, §. 6. Testamenta quemadmodum aperiantur. \* Crimini.

XII.

**D**ecreto Divi Hadriani præceptum est, in insulam eos relegari qui pondera, aut mensuras falsassent m. L. 32, §. 1.

m V. l. 6, §. 1. De extraordinariis criminibus, ubi dicitur: onerant annonam etiam stateræ adulterinæ, quo casu lex Cornelia locum habet.

XIII.

**C**apitalis est causa subjecti partus n. L. 1. C. eod.

n Nec præscriptione tollitur aut morte. L. 19, §. 1, supra. La Loi 30, §. 1, dit: De partu supposito soli accusant parentes, aut ii ad quos ea res pertinet? non quilibet è populo. Ergo le Procur. ur du Roi chez nous ne pourra s'en plaindre si les parens se taisent: excepté quand le Roi y aura intérêt, par exemple, dans la deshérence. V. C. l. 1, §. 13. De inspiciendo ventre. Ubi dicitur, Publicè interest partus non subjici, ut ordinum dignitas familiarumque salva sit. En effet, par ce moyen on fera un noble d'un roturier.

XIV.

**S**atis apertè Divorum parentum meorum rescriptis declaratum est, cum morandæ solutionis gratiâ à debitore falsi crimen objicitur o, nihilominus, salvâ executione criminis, debitorem ad solutionem compelli oportere. L. 2, C. eod.

o On donne la provision au titre quand il est authentique: secus s'il est sous seing-privé.

XV.

**F**alsi quidem crimen, vel aliud capitale movere vos matri vestræ, secta mea non patitur: sed ea res pecuniarium compendium non aufert. Si enim de fide scripturæ, unde eadem mater vestra fideicommissum sibi vindicat dubitatio est, inquiri fides veritatis, etiam sine metu criminis potest. L. 5. C. eod.

XVI.

**I**pse significas p, cum primùm adversarii instrumenta protulerunt, fidem eorum te habuisse suspectam. Factâ igitur transactione, difficile est, ut is qui Provinciam regit, velut falsum cui semel acquievisti, tibi accusare permittat. L. 7, C. eod.

p Qui falsas tabulas dixerit nec obtinuerit ad defuncti judicium adspirare non potest. L. 6, c. eod. scilicet si legatarius falso accusaverit hæredem falsi. V. l. 5, §. 7 & 8, l. 7. De his quæ ut indignis.

XVII.

**S**i falsos codicillos ab his contra quos supplicas, factos esse contendis q, non ideo accusationem evadere possunt, quod se illis egent uti. Nam illis prodest instrumenti usu abstinere r qui non ipsi falsi machinatores esse dicuntur, & quos periculo solus usus adstrinxerit. Qui autem compositis per scelus codicillis, in severitatem legis Corneliae inciderunt, non possunt, defensiones ejus recusando, crimen evitare. L. 8, C. eod.

q Voyez l'article 8 du crime de faux de l'Ordonnance de 1670. r Nemo enim tali peccato pœnitentiâ suâ nocens esse desinit. L. 65, De furtis.

Qui adversantia sibi testimonio protulit, falsi reus est.

Prælato pignoris die falsum admittitur.

Mensuras & pondera qui falsant, puniuntur.

Capitalis causa subjecti partus.

Falsum obficiens debitor interim ad solvendum compellitur.

Falsi non accusantur parentes, sed veritatis probationes admittuntur.

Non facile admittitur falsi accusatio contra fidem instrumentorum de quibus antea suspectis transactionum est.

Non absolvitur falsi reus quod uti nolet falso instrumento, si illud ipse composuerit.

## XVIII.

*Pleraque crimina an-  
norum vi-  
ginti præ-  
scriptione  
extinguun-  
tur.* Querela falsi temporalibus præscriptionibus non ex-  
cluditur nisi viginti annorum exceptione: sicut cætera  
quoque ferè crimina t. L. 12. C. eod.

*f* Præscriptio criminum. V. l. 2, §. 1, & l. 3. infra. De requir-  
endis reis.

*t* Ratio depromi potest ex versu Petronii:

Et pavido cernunt inclusum corde tribunal.

Dii immortales quàm male est extra legem viventibus quidquid  
meruere semper expectant. V. l. 25. De pœnis.

## XIX.

*Falsi reus  
est qui testa-  
mentum ce-  
lat.* Eum qui celavit vel amovit testamentum, commit-  
tere crimen falsi publicè notum est. L. 14. C. eod.

## XX.

*Variis pro-  
bationibus  
officio judi-  
cis, veritas  
prudenter  
inquirenda.* Ubi falsi examen inciderit, tunc acerrima fiat in-  
dago argumentis, testibus, scripturarum collatione  
u, aliisque vestigiis veritatis: nec accusatori tantum  
quæstio incumbat; nec probationis ei tota necessitas  
indicatur: sed inter utramque personam sit iudex me-  
dius: nec ullâ interlocutione divulget quæ sentiat x.  
Sed tanquam ad imitationem relationis, quâ solum  
audiendi mandat officium, præbeat notionum: pos-  
tremâ sententiâ, quid sibi liceat, proditurus. L. 22.  
C. eod.

*u* V. n. 73. x Officium iudicis facere.

## TITULUS XI.

## De lege Juliâ repetundarum.

## I.

*Repetun-  
darum te-  
nentur, qui  
quo magis  
aut minus  
ex officio  
L. 1.* Ex Julia repetundarum pertinet ad eas pecunias  
quas quis in magistratu, potestate, curatione,  
legatione, vel quo alio officio, munere, ministeriove  
publico cepit: vel cum ex cohorte ejus eorum est.

*Repetun-  
darum te-  
nentur, qui  
quo magis  
aut minus  
ex officio  
L. 1.* Lege Juliâ repetundarum tenetur, qui cum aliquam  
potestatem haberet, pecuniam ob iudicandum, decer-  
nendumve acceperit: vel quo magis aut minus quid ex  
officio suo faceret. L. 3 & 4.

Omnes cognitores & iudices à pecuniis atque patri-  
moniis manus abstineant a: neque alienum iurgium  
putent suam prædam. L. 3. C. ad leg. Jul. repet.

*a* Idem des Procureurs au Châtelet.

## II.

*Hæc actio  
datur in hæ-  
redes.* Datur ex hæc lege & in hæredes actio. L. 2.  
Sciunt iudices super admissis propriis aut à se, aut  
ab hæredibus suis pœnam esse repetendam. L. 2. C. ad  
L. Jul. repet.

*b* Contra si iudex litem suam faciat. L. 16. De iudiciis.

V. inf. ad leg. Jul. pecul. L. ult.

## III.

*Hæc actio  
datur in ju-  
dicum co-  
mites.* In comites quoque iudicum ex hæc lege iudicium  
datur. L. 5. V. f. l. 1.

## IV.

*Dux re-  
petundarum  
reus in Pro-  
vinciam eat  
cum custo-  
diâ, dam-  
nandus ex  
suo & mi-  
nistrorum  
delicto.* Ut unius pœna, metus possit esse multorum c, du-  
cem qui malè egit ad Provinciam quam nudaverit,  
cum custodiâ competentis ire præcipimus: ut non so-  
lum quod ejus, non dicam domesticus, sed manipu-  
larius, & minister acceperit, verum etiam quod ipse  
à Provincialibus nostris rapuerit aut sustulerit, in  
quadruplum exolvat invitus. L. 1. C. eod.

*c* L. 31. Depositi. Hobbes, de Cive, 13, 16. L. 7, §. 3. Ad  
legem Juliam Majestatis. L. 16, §. ult. De pœnis.

## TITULUS XII.

## De lege Juliâ de annonâ.

## I.

*Plectuntur  
qui id a-  
gunt ut ca-  
rior annona  
fiat.* Ege Juliâ de annonâ pœna statuitur adversus eum,  
qui contra annonam fecerit societatemve coierit,  
quo annona carior fiat a. L. 2.

*a* Dardanarii. V. l. 6. De extraordinariis criminibus.

## TITULUS XIII.

Ad legem Juliam peculatus, & de sacrilegiis  
& de residuis.

## I.

*Peculatus  
admittit qui  
pecuniam  
publicam in-  
tervertit.* Ege Juliâ peculatus cavetur, ne quis ex pecuniâ  
sacrâ, religiôsâ, publicâve auferat, neve interci-  
piat, neve in rem suam vertat, neve faciat quo quis  
auferat, intercipiat, vel in rem suam vertat. L. 1.

## II.

*De residuis  
tenetur qui  
delegatam  
pecuniam  
publicam  
non erogâ-  
verit.* Lege Juliâ de residuis tenetur qui publicam pecu-  
niam, delegatam in usum aliquem, retinuit, neque in  
eum consumpsit. L. 2.

Lege Juliâ de residuis tenetur is apud quem ex lo-  
catione, emptione, alimentariâ ratione, ex pecuniâ  
quam accepit, aliâve quâ causâ pecuniâ publicâ refe-  
dit. Sed & qui pecuniam publicam in usu aliquo ac-  
ceptam retinuerit, nec erogaverit, hac lege tenetur.  
L. 4, §. 3 & 4.

## III.

*Sacrilegii  
dignâ pœnâ  
puniendâ.* Mandatis cavetur de sacrilegiis, ut Præsides sacri-  
legos, latrones, plagarios conquirant & ut prout quis-  
que deliquerit, in eum animadvertant. Et sic consti-  
tutionibus cavetur, ut sacrilegia extra ordinem dignâ  
pœnâ puniantur a. L. 4, §. 2.

*a* L. 7, ait: Præscriptione quinquennii crimen peculatus tolli.

Sacrilegi capite puniuntur. L. 9.

## IV.

*Judicia pe-  
culatus &  
repetundarum in hæ-  
redes tran-  
seunt.* Publica iudicia peculatus, & de residuis, & repe-  
tundarum similiter adversus heredem exercentur: nec  
immeritò, cum in his quæstio principalis ablata pe-  
cuniâ moveatur b. L. ult.

*b* Sacrilegii instar est dubitare an is dignus sit quem elegerit Im-  
perator. L. 3. c. De sacrileg.

## TITULUS XIV.

## De lege Juliâ ambitus.

## I.

*Punitur  
ambitus ma-  
gistratus, &  
sacerdotii.* Si contra hanc legem magistratum, aut sacerdo-  
tium quis petierit a. L. 1, §. 1.

*a* §. ult. ait: Reus & accusator non poterant ingredi domum  
iudicis. Cujacius, 6. ob. 39.

## TITULUS XV.

Ad Senatusconsultum Turpillianum, & de  
aboliuionibus criminum.

## I.

*Tria accu-  
satorum de-  
licta; calu-  
mniâ, præ-  
varicatio,  
tergiversa-  
tio.* Accusatorum temeritas tribus modis detegitur, &  
tribus pœnis subicitur. Aut enim calumniatur,  
aut prævaricatur, aut tergiversatur. Calumniari est  
falsa crimina intendere: prævaricari vera crimina ab-  
condere a: tergiversari in universum ab accusatione  
desistere. L. 1. d. l. §. 1.

*a* Aut colludere cum reo. L. 1, §. 6.

## II.

*Calumniâ  
dignoscitur  
ex consilio  
accusatoris.* Non utique qui non probat quod intendit, proti-  
nùs calumniari videtur. Nam ejus rei inquisitio arbitrio  
cognoscentis committitur, qui, reo absoluto, de accu-  
satoris incipit consilio quærere: quâ mentè ductus ad  
accusationem processit; & si quidem justum ejus erro-  
rem repererit, absolvit eum: si verò in evidenti ca-  
lumniâ eum deprehenderit, legitimam pœnam ei ero-  
gat. L. 1, §. 3.

## III.

Facti quæstio in arbitrio est iudicantis b. L. 1, §. 4.

*b* Facti quando est in potestate iudicantium, juris autem aucto-  
ritas non est. L. 15. Ad municip. L. 7. C. de fideicommissis.

## IV.

*Prævaricator qui colludit cum reo, probatur: eo quod proprias quidem probationes dissimulans, falsas excusationes admittens.* Prævaricatorem eum esse ostendimus, qui colludit cum reo, & translaticiè c munere accusandi defungitur: eo quod proprias quidem probationes dissimulans, falsas excusationes admittens. *L. 1, §. 6.*

c Perfunctoriè.

## V.

*Appellatio extinguit condemnationem.* Provocationis remedio, condemnationis extinguitur pronuntiatio. *L. 1, §. ult. in f.*

d In civilibus suspenditur dumtaxat.

Si quis, cum capitali pœnâ vel deportatione damnatus esset, appellatione interpositâ, & in suspenso constitutâ, fati diem functus est, crimen morte finitum est, idem observatur & si accusator, pendente appellationis tempore, ultimum diem obiisset. *L. ult. C. si reus vel accus. mor. fuer.*

c *L. 2, §. 2. De pœnis.*

## VI.

*Calumniatores plectendi.* Et in privatis, & in extraordinariis criminibus omnes calumnioli extra ordinem pro qualitate admitti plectuntur. *L. 3.*

Et qui cœperit arguere, aut vindicta proposita sit, si vera detulerit; aut supplicium, si fefellerit. *L. 7, in f. C. de calum.*

## VII.

*Abolitio reus quibusdam indulgetur ob diem insignem.* Abolitio aut publicè fit, ob diem insignem, aut publicam gratulationem, vel ob rem gestam. *L. 8, L. 9, V. l. 12.*

Abolitio reorum quæ publicè indulgetur, ad crimen falsi non pertinet. *L. 17. in fin.*

## VIII.

*Indulgentia notat liberatos.* Indulgentia quos liberat, notat *f. L. ult. C. de gener. abol.*

f Suntne infames juris & facti?

## TITULUS XVII.

## De requirendis, vel \* absentibus damnandis \*\*.

\* Nec. V. l. 1. h. \*\* Divi Severi & Antonini Magni rescriptum est ne quis absens puniatur; & hoc jure utimur ne absentes damnentur. neque enim inauditâ causâ quemquam dampnari æquitatis ratio patitur. *L. 1.*

## I.

*Viginti annis fiscus à bonis reorum excluditur.* SI per viginti annos fiscus bona non occupaverit, postea præscriptione, vel ab ipso reo a, vel ab hæredibus ejus summovebitur. Quamcumque enim quæstionem apud fiscum, si non alia sit præscriptio, viginti annorum silentio præscribi divi principes voluerunt. *L. 2, §. 1, & L. 3.*

a Propter. *L. 12, c. Ad legem Corneliam de falsis.*

## II.

*Defensionem reorum non præscribitur.* In summâ sciendum est nullâ temporis præscriptionem, causæ defensione submoveri eum qui requirendus adnotatus est *b. L. 4, §. 2.*

b Quia defensio est juris naturalis & præscriptio juris civilis. Jus autem civile non potest corrumpere jura naturalia. *L. 8. De capite minutis.*

## III.

*Reorum absentium bona obsignantur.* Requirendorum bona obsignantur c... moventia si qua sunt, ne aut morâ deteriora fiant, aut aliquo modo intereant, venire debent... inter moventia fructus quoque habentur... curandum est ne quid ei qui profugit, medio tempore à debitoribus ejus solvatur, ne per hoc fuga ejus instituat *d. L. ult. d. l. §. 1, 2 & 3.*

c Voyez l'article 1 du titre des défauts & contumaces de l'Ordonnance de 1670.

d V. l. 41. De solutionibus.

## TITULUS XVIII.

## De quæstionibus\*.

\* Par l'Ordonnance de 1670, il faut trois conditions pour la question. 1°. Que le corps du délit soit certain. 2°. Que le crime mérite la mort. 3°. Qu'il y ait un commencement de preuve considérable. Quid d'un seul témoin qui parle de visu. V. l. 20.

## I.

IN criminibus eruendis quæstio adhiberi solet. Sed quando, vel quatenus id faciendum sit videamus. Et non esse à tormentis incipiendum & Divus Augustus constituit, neque adeo quæstioni fidem adhibendam. *L. 1. V. n. 5, & n. 11.*

## II.

Divus Severus rescripsit, confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet, si nulla probatio religionem cognoscentis instruat *a. L. 1. §. 17.*

a Non auditur perire volens.

Si quis ultro de maleficio fateatur, non semper ei fides adhibenda est: nonnunquam enim aut metu, aut quâ aliâ de causâ in se confitentur. *L. 1, §. 27.*

## III.

In tributis b Reipublicæ nervi c. *L. 1, §. 20.*

b Tacitus, l. Hist. ult. & 13. Annal. ait: Nam neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi possunt; dissolutionemque Imperii sequi sublatis stipendiis & fructibus quibus Respublica sustinetur. Unde servus torquetur in crimine fraudati vectigalis adversus dominum. *Cujac. 6. ob. 19. Boug. l. H. n. 86. L. C. h. t. l. 53. De judiciis. L. 25. De administratione & periculo tutorum.*

## IV.

Qui quæstionem habiturus est, non debet specialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit, sed generaliter quis id fecerit: alterum enim magis suggerentis d, quàm requirentis videtur. *L. 1, §. 22.*

d Suggestion.

## V.

Quæstioni fidem non semper, nec tamen nunquam habendam, constitutionibus declaratur. Etenim res est fragilis, & periculosa, & quæ veritatem fallat. Nam plerique patientiâ, sive duritiâ e tormentorum ita tormenta contemnunt, ut exprimi eis veritas nullo modo possit: alii tantâ sunt impatientiâ, ut quodvis mentiri, quàm pati tormenta velint. Ita fit, ut etiam vario modo fateantur, ut non tantum se, verum etiam alios comminentur. Præterea inimicorum quæstioni fides haberi non debet, quia facilè mentiuntur: nec tamen sub prætextu inimicitiarum detrahenda erit fides quæstionis. Causâque cognitâ, habenda fides, aut non habenda. *L. 1, §. 23, 24, 25.*

e En Angleterre on ne pratique point la question.

## VI.

Quæstionis modum magis est Judices arbitrari oportere. Itaque quæstionem habere oportet, ut servus salvus sit vel innocentia, vel supplicio. *L. 7.*

Tormenta adhibenda sunt ut moderatæ rationis temperamenta desiderant. *L. 10, §. 3.*

## VII.

De minore quatuordecim annis quæstio habenda non est. *L. 10. V. l. 1. §. 33. ff. de Senat. Silan.*

## VIII.

Plurimum quoque in excutiendâ veritate etiam vox ipsa & cognitionis subtilis diligentia adfert: nam ex sermone, & ex eo, quâ quis constantiâ f, quâ trepidatione quid diceret, vel cujus existimationis quisque in civitate suâ est, quædam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt. *L. 10, §. 5.*

f Quo vultu.

## IX.

Repeti posse quæstionem divi fratres rescripserunt. *L. 16.*

g Contra verò apud nos.

Reus evidentioribus argumentis oppressus, repeti

Non incipiendum à tormentis, nec adeo fides adhibenda quæstioni.

Confessio rei sola in facinoribus probationem non facit.

Tributariis publicæ nervi.

Quære, debet Judex non an Titius homicidium fecerit, sed quis fecerit.

Fallax quæstio, eique causâ cognitâ, fides habenda, aut non habenda.

Modus à Judice in quæstionibus adhibendis.

Non torquetur impubes.

Rei vox, constantia, trepidati in excutiendâ veritate confertur.

Repeti potest quæstio ex novis indiciis.



in quæstionem potest, maximè si in tormenta animum corpusque duraverit. *L. 18, §. 1.*

## X.

*Ex pluribus reis prior audiendus timidior, vel teneræ ætatis.* Unius facinoris plurimi rei ita audiendi sunt, ut ab eo primùm incipiatur, qui timidior est, vel teneræ ætatis videtur. *L. 18.*

## XI.

In eâ causâ in quâ nullis reus argumentis urgebatur, tormenta non facillè adhibenda sunt, sed instantè dum accusatori, ut id quod intendat comprobet, atque convincat *h. L. 18, §. 2.*

*h La Loi 20 dit : Testimonium non oportere unius hominis admitti ut quæstio habeatur.*

## XII.

Questionis habendæ causâ neminem esse damnandum, *D. Hadrianus rescripsit. L. 21.*

## XIII.

*Fœminæ torquentur.* Ipsa quoque mulier torquebitur. Neque enim ægrè feret, si torqueatur quæ venenis suis viscera hominis extinxit. *L. 3, §. 1. C. eod.*

## XIV.

Convictis confessisque ad societatem scelerum vocantibus eos à quibus apprehensi custoditive sunt i facile credi non oportet. *L. 4. C. eod.*

*i Testamens de mort fort incertains.*

## XV.

*Ad tormenta non veniendum nisi ex certis indiciis.* Oportet iudices, nec in his criminibus, quæ publicorum iudiciorum sunt, ad investigationem veritatis à tormentis initium sumere; sed argumentis primùm verisimilibus probabilibusque uti. Et si his veluti certis indiciis ducti, investigandæ veritatis gratiâ, ad tormenta putaverint esse veniendum, tunc id demùm facere debebunt. *L. 8, §. 1. C. eod.*

## TITULUS XIX.

## De pœnis.

## I.

*Qui non habet in are, luat in corpore.* Generaliter placet in legibus publicorum iudiciorum, vel privatorum criminum, qui extra ordinem cognoscunt Præfecti, vel Præsides, ut eis, qui pœnam pecuniariam egentes eludunt, coercionem extraordinariam inducant. *L. 1, §. ult.*

*a Lex 35. De injuriis.*

## II.

*Damnatio capitalis ea est quæ vitam aut civitatem adimit.* Rei capitalis damnatum sic accipere debemus, ex quâ causâ damnato vel mors, vel etiam civitatis amissio contingit. *L. 2. b.*

*b L. 2. De publicis iudiciis. L. 21. h.*

Qui ultimo supplicio damnantur, statim civitatem perdunt. Itaque præoccupat *c* hic casus mortem. *L. 29.*

*c Il devient incapable d'effets civils.*

## III.

*Non habetur pro damnato qui provocavit, nec qui ab eo damnatus est qui jus non habuit.* Eum accipiemus damnatum qui non provocabit: cæterùm si provocet, nondum damnatus videtur *d*. Sed & si ab eo, qui jus damnandi non habuit, rei capitalis quis damnatus sit, eadem causa erit. Damnatus enim ille est, ubi damnatio tenuit. *L. 2, §. 2. e*

*d Propter. L. 1, §. ult. Ad senatusconsultum Turpillianum.*

*e Quid des Commissaires. V. l'Ordonnance de Blois.*

## IV.

*Nec supplicium, nec quæstio de prægnante sumitur.* Prægnantis mulieris consumendæ damnatæ pœna differtur, quoad pariat *f*: ego quidem, & ne quæstio de eâ habeatur, scio observari, quandiu prægnans est. *L. 3.*

*f Quia partus Reipublicæ nascitur.*

## V.

*Exilio non obtemperans majori pœnâ plectitur.* Si quis non excefferit in exilium intra tempus intra quod debuit, sive etiam aliàs exilio non obtemperaverit, contumacia ejus cumulat pœnam *g*. *L. 4. V. l. 8, §. 7.*

*g Cujacius, 6. ob. 36. delet negationem in principio legis. L. 4.*

## VI.

Nemo potest comæatum remeatumve dare exili, nisi imperator, ex aliquâ causâ. *L. 4. in f.*

## VII.

De suspicionibus non debet aliquis damnari. *Satius enim impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare h. L. 5.*

*h La politique des Turcs est contraire.*

## VIII.

Refert & in majoribus delictis, consultò aliquid admittatur, an casu; & sanè in omnibus criminibus distinctio hæc pœnam aut justam eligere debet, aut temperamentum admittere. *L. 5, §. ult.*

## IX.

Si quis fortè, ne supplicio afficiatur, dicat se habere quod principi referat salutis ipsius causâ, an remittendus sit ad eum, videndum est. *L. 6.* Cæterùm, ut mea fert opinio, prorsus eos non debuisse, postquam semel damnati sunt, audiri, quidquid allegent. Quis enim dubitat, eludendæ pœnæ causâ ad hæc eos decurrere? Magisque esse puniendos, qui tamdiu conticuerunt, quod pro salute principis habere se dicere jactant. Nec enim debebant tam magnam rem tamdiu reticere. *D. l. 6.*

## X.

Nunc genera pœnarum nobis enumeranda sunt, quibus Præsides adficere quemque possint. Et sunt pœnæ quæ aut vitam adimant, aut civitatem auferant, aut exilium, aut coercionem corporis contineant. *L. 6, §. 2.* Aut damnum cum infamiâ, aut dignitatis aliquam depositionem, aut alicujus actûs prohibitionem. *L. 8.*

## XI.

Solent Præsides in carcere continendos damnare, aut ut in vinculis contineantur: sed id eos facere non oportet, nam hujusmodi pœnæ interdictæ sunt. Carcer enim ad continendos homines *i*, non ad puniendos haberi debet. *L. 8, §. 9. l.*

*i Cujacius, 4. ob. 9 corrigit. L. 8, §. 2. Il y a des Coutumes en France qui punissent certains crimes de prison perpétuelle & de confiscation de biens. l. V. l. ult. C. h. t.*

Mandatis principalibus, quæ Præsides dantur, cavetur, ne quis perpetuis vinculis damnetur. *L. 35.*

## XII.

Moris est advocationibus quoque Præsides interdiceret *m*. Et nonnunquam in perpetuum interdicit, nonnunquam ad tempus, vel annis metiuntur. *L. 9.*

*m L. 3, §. 1. De decurionibus.*

Nonnunquam non advocationibus cui interdicitur, sed foro. Plus est autem foro, quàm advocationibus interdiceret; si quidem huic omnino forensibus negotiis accommodare se non permittatur. Solet autem ita vel juris studiosis interdici, vel advocatis, vel tabellionibus sive pragmaticis *n*. *L. 9, §. 4.*

*n Pragmatici dicuntur multo rerum usu periti, & solertes, quasi advocatorum postici, dicendorumque suggestores. Gotofr.*

## XIII.

*o* Sunt & aliæ pœnæ, si negotiatione abstinere quis jubeatur, vel ad conductionem eorum quæ publicè locantur accedere, ut ad vectigalia publica. *L. 9, §. 9.*

*o V. l. 9, §. 14 & 15. De liberis decurionis natis ante & post decurionatum.*

## XIV.

Perpiciendum est judicanti, ne quid aut durius, aut remissius constituatur, quàm causa deposcit. Nec enim aut severitatis, aut clementiæ gloria affectanda est. Sed perpenso iudicio, prout quæque res exposulat, statuendum est. Planè in levioribus causis proniores ad lenitatem iudices esse debent: in gravioribus pœnis severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi. *L. 11.*

## XV.

Delinquitur autem aut proposito, aut impetu, aut casu. Proposito delinquent latrones qui factionem habent. Impetu autem cum per ebrietatem ad manus, aut ad furtum venitur. Casu verò, cum in venando telum

*Solus Princeps ab exilio revocatur.*

*Nemo ex suspitione damnandus. Satius non puniri reum, quàm innocentem damnari.*

*Multum refert an casu quis deliquerit an consultò.*

*Non audiendus, qui ut supplicium eludat, dicit habere se aliquid quod principi referat.*

*Varia pœnæ, mors, exilium, coërcitio corporis, damnum cum infamiâ, dignitatis depositio, actûs prohibitio.*

*Non ad pœnam, sed ad custodiam carcer habetur.*

*Advocationis & fori interdictio.*

*Interdictio à negotiatione vel conductione eorum quæ publicè locantur.*

*Nec durius, nec remissius in pœnis statuendum.*

*Delinquitur proposito, impetu, casu.*

*Judex criminis pro arbitrio pœnam statuit* in feram missum, hominem interficit. L. 11, §. 2.  
 XVI.  
*cit p,* Hodie licet ei qui extra ordinem de crimine cognoscit, quam vult sententiam ferre, vel gravio-rem, vel levio-rem: ita tamen ut in utroque modo rationem non excedat. L. 13.  
*rem, vel levio-rem, dum modum servet.* p Les peines sont arbitraires.

XVII.  
*Puniuntur facta, dicta, scripta, confilia, ex circumstantiis.* Aut facta puniuntur, ut furta, cædesque: aut dicta, ut convicia, & infidæ advocaciones q: aut scripta, ut falsa, & famosi libelli: aut consilia, ut conjurationes & latronum conscientia: quosque alios suadendo ju- visse, sceleris est instar r. L. 16.

q Non extat apud nos hujus delicti exemplum, sed omninò primorum est Romanorum. r Persuadere enim plus est quàm compellere. L. 1, §. 3. De servo corrupto.

Sed hæc quatuor genera consideranda sunt septem modis: causâ, personâ, loco, tempore, qualitate, quantitate, & eventu. L. 16, §. 1.

*Causæ.* Causa, ut in verberibus, quæ impunita sunt à magistro allata, vel parente, quoniam emendationis, non injuriæ gratiâ videntur adhiberi: puniuntur, cum quis per iram ab extraneo pulsatus est. L. 16, §. 2.

*Personæ.* Persona dupliciter spectatur, ejus qui fecit, & ejus qui passus est. Aliter enim puniuntur ex iisdem facinoribus servi, quàm liberi: & aliter qui quid in dominum parentemve ausus est, quàm qui in extraneum, in magistrum, vel in privatum. In ejus rei consideratione ætatis quoque ratio habeatur. L. 16, §. 3. V. inf. l. 28, §. 8.

*Loci.* Locus facit, ut idem vel furtum vel sacrilegium sit, & capite luendum, vel minore supplicio. L. 16, §. 4.

*Temporis.* Tempus discernit furem diurnum à nocturno. L. 16, §. 5.

*Qualitatis.* Qualitate, cum factum vel atrocius, vel levius est. Ut furta manifesta à nec manifestis discerni solent, rixæ à grassaturis: expilationes à furtis: petulantia à violentiâ. L. 16, §. 6.

*Quantitatis.* Quantitas discernit furem ab abigeo: nam qui unum suum subripuerit, ut fur coercebatur, qui gregem, ut abigeus. L. 16, §. 7.

*Eventus.* Eventus spectetur, ut à clementissimo quoque facta. L. 16, §. 8.

*Aliter enim plectitur qui vulneraverit morte secuta, quàm non secuta.* XVIII.  
 Evenit ut eadem scelera in quibusdam Provinciis gravius plectantur: ut in Africâ messium incensores, in Mysiâ vitium: ubi metalla sunt, adulteratores monetæ s. L. 16, §. 9.

*Gravius quædam crimina in quibusdam Provinciis puniuntur.* XIX.  
 In Arabia *σχοινισμος*. L. 9. De extraordinariis criminibus.  
 Nonnunquam evenit ut aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur: quotiens nimium multis personis grassantibus, exemplo opus sit t. L. 16, §. ult.

*Propter e- xemplum ob petund. n. ult.* XX.  
 Ut unius pœnæ metus possit esse multorum. De Leg. jur. re-

*frequentiam exacerbantur supplicia.* XXI.  
 Sunt quidam *ἀπόλιδες*, hoc est, sine civitate, ut sunt in opus publicum perpetuò dati, & in insulam deportati: ut ea quidem quæ juris civilis sunt x, non habeant, quæ verò juris gentium sunt, habeant y. L. 17, §. 1.

*vati sunt, ea non habent quæ sunt juris civilis.* XXII.  
 Vagabonds. x. Où doit-on faire assigner un banni? A son dernier domicile. y Leg. 8. De capite minutis.

*Cogitationis pœnam nemo patitur z.* L. 18. V. s. ad leg. Jul. majest. n. 3.

*Cogitatio nis non est pœna.* XXIII.  
 V. l. 1, §. 1. De furtis. L. 225, De verborum significatione. Vide contra. L. 1. De extraordinariis criminibus. Sola cogitatio crimen est circa potestatem supremam, circa religionem & castitatem. Lex 20. h. ait: Si pœna alicui irrogatur, receptum est commentitio jure ne ad hæredes transeat. Cujus rei illa ratio videtur quòd pœna constituitur in emendationem hominum, quæ mortuo eo in cujus emendationem constituitur, desinit. V. quæ dixi ad l. 3. §. 1. De injuriis Anton. Faber, in Jurisprud. Papia. T. 1. princ. 1. Illatio. 6. ait jus commentitium non esse fictitium aut mendax, antiquo more receptum sine ullâ lege latâ; sed quod sine lege recipitur, non tamen sine ratione recipi. Unde jus dividitur in constitutum & receptum.

XXII.  
 Ultimum supplicium esse mortem solam interpreta- mur a. L. 21.  
 a L. 2. eod. l. 2. De publicis judiciis. L. 103. De verborum significatione.

XXIII.  
 In metallum damnati si valetudine aut ætatis infirmitate inutiles operi faciendo deprehendantur, ex rescripto Divi Pii, à Præside dimitti poterunt. L. 22.

XXIV.  
 Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliqua- tenus pœna ejus sublevanda erit, sic enim constitutum est b: non eo modo puniendos eos qui longo tempore in reatu agunt, quàm eos qui in recenti sententiam excipiunt c. L. 25.

b Lex ista convenit maximè legi Querela 12. C. Ad legem Corneliam de falsis. c V. l. 12. C. Ad legem Juliam de falsis. Et pavido cernunt inclusum corde tribunal. . . Petron. Quod moruere semper expectant.

XXV.  
 Crimen vel pœna paterna nullam maculam filio infligere potest d. Namque unusquisque ex suo admisso forti subicitur, nec alieni criminis successor constituitur. L. 26. V. s. ad leg. Jul. maj. n. 4. & inf. h. t. z. 42.

d Lex 2. c. 4. De Decurionibus.  
 XXVI.  
 Suam mutare sententiam nemo potest. e. L. 27.

e V. l. 14. De re judicatâ. L. 55. eod.  
 Si tamen de se quis mentitus fuerit, vel cum non haberet probationum instrumenta, quæ postea repererit, pœnâ afflictus sit, nonnulla extant principalia rescripta, quibus vel pœna eorum minuta est, vel integrum restitutio concessa. Sed id duntaxat à Principibus fieri potest. D. l. 27.

Pœnam suâ dictam sententiâ Præsidi Provinciæ recurrendum. vocare non licet. L. 15. C. eod.

XXVII.  
 Omnia admissa in patrem, propinquum, maritum, uxores, cæterasque necessitudines, gravius vindicanda sunt, quàm in extraneos. L. 28, §. 8.

XXVIII.  
 Venenarii capite puniendi sunt. L. 28, §. 9.

XXIX.  
 Incendiarii capite puniuntur, qui ob inimicitias, vel prædæ causâ incenderint. L. 28, §. 12.

XXX.  
 Fortuita incendia, si cum vitari possint, per negligentiam eorum, apud quos orta sunt, damno vicinis fuerunt, civiliter exercentur, ut qui jacturâ affectus est, damni disceptet, vel modicè vindicaretur. L. 28, §. 12.

XXXI.  
 Famosos latrones in his locis ubi grassati sunt furcâ figendos, compluribus placuit: ut & conspectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus f, & solatio sit cognatis & adfinibus interemptorum, eodem loco pœnâ redditâ, in quo latrones homicidia fecissent. L. 28, §. 15.

f De furcâ & cruce. V. Gotofr. ad l. 28. h. in principio. Quidam putant Tribonianum hic statuisse furcâ loco crucis, quia crucis supplicium Christi veneratione sublatum fuerat à Constantino; & hæc est sententia Cujacii. Sed crux & furca sunt res diversæ, ait Gotofr. etuel criminosi figuntur; furcæ verò suspenduntur; erat & aliud furcæ genus quo furcâ in collum injectâ damnati traducebantur ad supplicium virgis ad necem cædendi. V. Cujac. 16. ob. 1. refert figuram hujusce furcæ.

XXXII.  
 Severiùs famosi, quàm integræ famæ homines puniendi sunt. L. 28, §. ult.

XXXIII.  
 Sanctio legum quæ novissimè certam pœnam irrogat iis qui præceptis legis non obtemperaverint, ad eas species pertinere non videtur, quibus ipsâ lege pœna specialiter addita est: nec ambigitur in cætero omni jure speciem generi derogare. Nec sanè verisimile est delictum unum eadem lege variis æstimationibus coerceri. L. 41. V. l. 80. de reg. jur.

XXXIV.

Sola mors ultimum supplicium.

Pœnis im-

pares propter ætatem, aut valetudinem, dimitti possunt: aut

mutanda.

Diu passus in reatu poterit mitius

puni.

Criminis paterni macula filio non infligitur.

Criminis paterni macula filio non infligitur.

Judex non potest mutare sententiam, sed appellandum, aut ad Principem recurrendum.

Gravids vindicantur admissa in propinquos.

Venenum capite vindicatur.

Incendiarii capite plectuntur.

Incendium ex negligentia civiliter exercetur, aut modicè vindicatur.

Ibi supplicium ubi scelus.

Famosi severiùs puniendi.

Quæ leges specialem pœnam continent, generalis sanctione non vindicantur.

## XXXIV.

*Ubi in pœnis interpretatio opus est, pœna mollienda sunt.* Interpretatione legum pœnæ molliendæ sunt potius quàm asperandæ. L. 42.

## XXXV.

*Conceptio nis tempus favore patris spectandum, matre damnata.* Si antè conceptus est puer de quo libellos dedisti, quàm mater ejus in metallum condemnaretur, natus conditionis ejus est, cujus antè condemnationem mater ejus fuit. L. 4, C. de pœn.

*g V. l. 3. De interdictis & relegatis.*

## XXXVI.

*Ætas non excusat criminis capacem.* Impunitas delicti propter ætatem non datur: si modo in eâ quis sit, in quam crimen, quod intenditur, cadere potest. L. 7, C. eod.

## XXXVII.

*Pœnæ non facile remittenda, ne impunitas malo exemplo sit.* Non remitti pœnam facile, publicè interest: ne ad malèficia temerè quisquam profiliat. L. 14, in f. C. eod.

## XXXVIII.

*Non damnandus capitali pœnâ qui plenissimè non sit convictus.* Capitali pœnâ non damnetur, nisi qui conspirantibus, & concordantibus probationibus ita convictus sit, ut vix ipse crimen negare possit. L. 16, C. eod. L. ult. C. de probationibus.

## XXXIX.

*Facies criminis inscriptione non maculanda.* Si quis in metallum fuerit pro criminum deprehensorum qualitate damnatus, minimè in ejus facie scribatur. Cum & in manibus, & in furis possit pœna damnationis unâ inscriptione comprehendi; quò facies quæ ad similitudinem pulchritudinis est cœlestis figurata, minimè maculetur. L. 17, C. eod.

## XL.

*Non differenda reorum condemnatio: sed citius reo proferenda sententia in scelerosos h.* L. 18, C. eod.

*h Extat constitutio Theodosii quâ condemnati non debent supplicio tradi antè triginta dies, ut Principis clementiam possint intereâ implorare.*

## XLI.

*Alieni sceleris pœnam nemo sentiat.* Sancimus ibi esse pœnam, ubi & noxa est. Propter quos, notos, familiares, procul à calumniâ submovemus, quos reos sceleris societas non facit. Nec enim affinitas vel amicitia nefarium crimen admittunt. Peccata igitur suos teneant auctores: nec ulterius progrediatur metus, quàm reperiat delictum. L. 22, C. eod. V. f. ad leg. Jul. maj. n. 4.

## XLII.

*Multa non infamat.* Multa damnum famæ non irrogat. L. 1, C. de modo multar.

*i Apud nos multa, id est, l'amende, quæ ex delicto descendit & condemnato infligitur, est infamis, secus de aliis. V. l'article 7 du titre 25 de l'Ordonnance de 1670. Chez nous on ne condamne point aux Galeres & à l'amende. Il suffit de servir le Roi de son corps. Item on ne condamne point au bannissement & au blâme non bis B.*

## TITULUS XX.

## De bonis damnatorum.

## I.

*Bona publicantur dum admittitur vita aut civitas.* Damnatione bona publicantur a, cum aut vita admittitur, aut civitas b. L. 1.

*a Qui confisque le corps, confisque les biens. Paris, 183.*

*b Item in exilio perpetuo. L. 39. De jure fisci. V. exceptio in l. 24. C. de donationibus inter virum.*

## II.

*Bona transeunt ad fiscum cum orneribus.* Maritus (mulieris damnata) salvas actiones contra fiscum habet. L. 4, V. L. 10.

Si, ut proponis, bona ejus qui tutelam tuam administravit sententiam passis ad fiscum sunt devoluta, procuratorem nostrum adire cura, qui si quid jure posci animadvertit, non negabit. L. 5, C. de bon. profc. seu damnat.

## III.

*Ratio naturalis tacita lex est.* Ratio naturalis, quasi lex quædam tacita, liberis parentum hæreditatem addicit. c. L. 7.

*c Velut ad debitam successionem eos vocando propter quod & in jure civili suorum hæredum nomen eis indictum est, ac ne ju-*

*Tome II.*

dicio quidem parentis, nisi meritis de causis, summo verbi ab eâ successione possunt: æquissimum est, si propter pœnam parentis auferat bona damnatio, rationem haberi liberorum; ne alieno admisso gravio rem pœnam luerent quos nulla contingeret culpa, interdum in summam egestatem devoluti. Ut imperium potius repleatur civibus quàm fisco pecuniis. §. 3. *Le §. dernier dit:* Post damnationem acquisita, si is cujus bona publicata sunt relegatus sit, ad hæredes ejus pertinent testamento scriptos, vel ad hæredes ab intestato. Quò si deportatus sit, quia civitatem amisit, hæreditatem habere non potest & acquisita fisco accipit. *Vide l. 15. De interdictis & relegatis, & l. 22. §. 5. Mandati.*

TITULUS XXI. De bonis eorum qui ante sententiam mortem sibi consciverunt vel accusatorem corruerunt.

## TITULUS XXII.

## De interdictis, &amp; relegatis, &amp; deportatis\*.

\* *La Loi 3 dit:* Eum qui civitatem amitteret, nihil aliud juris adimere liberis, nisi quod ab ipso perventurum esset ad eos, si intestatus in civitate moreretur; hoc est civitatem ejus & liberos, &c. Quæ verò non à patre sed à genere, à civitate, à rerum naturâ tribuerentur, ea manere eis incolumia: itaque & fratres fratribus fore legitimos hæredes & agnatorum tutelâ, &c. V. l. 4. C. De pœnis.

## I.

*Minoris honore prohibitus ad majorem aspirare non potest.* Potest alicui & unus honor interdici. Sic tamen, ut si cui honore uno interdictum sit, non tantum eum honorem petere non possit, verum ne eos quoque qui eo honore majores sunt. Est enim perquam ridiculum, eum qui minoribus, pœnæ causâ prohibitus sit, minores petere non prohibetur. L. 7, §. ult.

## II.

*Exilio damnatus ibi esse non debet, ubi versatur Princeps.* Relegatus non potest Romæ morari, licet hoc sententia comprehensum non sit, quia omnium est patria a. Sed neque in civitate in quâ versatur Princeps, vel perquam transit; eis enim duntaxat Principem intueri licet, qui Romam ingredi possunt. Est enim Princeps pater patriæ. L. ult.

*a Lex 33. Ad municipalem.*

TITULUS XXIII. De sententiam passis & restitutis.

TITULUS XXIV. De cadaveribus punitorum.



## LIBER XLIX.

## TITULUS I.

## De appellationibus &amp; relationibus.

## I.

*Appellationum usus & necessitas, ut corrigatur male judicatum.* Appellandi usus quàm fit frequens, quàmque necessarius, nemo est qui nesciat. Quippe cum iniquitatem judicantium, vel imperitiam (re) corrigat: licet nonnunquam benè latas sententias in pejus reformet. Neque enim utique melius pronunciat, qui novissimus sententiam laturus est. L. 1, V. n. 23.

## II.

*In libello dicens quem appellat, adversus quem, à quâ sententiâ.* Libelli qui dantur appellatori ita sunt concipiendi, ut habeant scriptum, & à quo dati sunt, hoc est, qui appellat, & adversus quem, & à quâ sententiâ. L. 1, §. ult.

## III.

*Apud acta sufficit dicere, appello.* Si apud acta quis appellaverit, satis erit si dicat, Appello a. L. 2.

*a Apud nos fieret Judici injuria, si quis antè ora Judicis appellaret.*

## IV.

*Adversus plures ap-* Illud cecidit in quæstionem, si plures habuerit adversarios, & quorundam nomina libellis sint plexa, plures ap-

*pellans, si quorumdam non, an æquè præscribi ei possit ab eis quosdam in quorum nomina comprehensa non sunt, quasi adversus libello omi- sùs ipsos adquireverit sententiæ: & cum una causa sit, ferit, non arbitror non esse præscribendum. L. 3, §. 2. ideo acquie- vit adversus eos.*

## V.

*Hi soli ap- pellant qui & quorumdam nomina in libellis sint comprehensa, libello com- prehensun- tur.* Certè si plures hi sunt adversus quos pronuntiatur, quorumdam nomina in libellis sint comprehensa, quorumdam non, hi soli appellasse videbuntur, quorum nomina libellis sunt comprehensa. L. 3, §. 2.

## VI.

*Omissas ap- pellationes causas ad- dere licet.* Quid ergo si causam appellandi certam dixerit, an liceat ei discedere ab hac, & aliam causam allegare? an verò quasi formâ quâdam obstrictus sit? puto tamen, cum semel provocaverit, esse ei facilitatem, in agendo etiam aliam causam provocationis reddere, persequique provocationem suam, quibuscumque modis potuerit. L. 3, §. 3. *Vide infra n. 20.*

## VII.

*Hi appella- re possunt quorum in- terest.* Alio condemnato, is cuius interest, appellare potest c. L. 4, §. 2. Si emptor de proprietate victus est, eo cessante, auctor ejus appellare poterit. Aut si auctor egit, & victus sit, non est deneganda emptori appellandi facultas. Quid enim si venditor, qui appellare noluit, idoneus non est? quin etiam si auctor appellaverit, deinde in causæ defensione suspectus visus sit, perinde defensio causæ emptori committenda est, atque si ipse appellasset. Idque ita constitutum est in personâ creditoris, cum debitor victus appellasset, nec ex fide causam defenderet. Quæ constitutio ita accipienda est, si interveniente creditore debitor de pignore victus provocaverit: nam absenti creditori nullum præjudicium debitor facit, idque statutum est. D. L. 4, §. 3 & 4.

*c* Ergo creditor appellare potest à sententiâ latâ adversus debitorem, si injusta sit.

## VIII.

*A sententiâ inter alios dictâ appellari non potest, nisi ex justâ causâ. Veluti si quis in cohæredum præjudicium se condemnari patitur, vel similem huic causam, quamvis & sine appellatione tutus est cohæres. Item fidejussores pro eo, pro quo intervenerunt. Igitur & venditoris fidejussor, emptore victo, appellabit, licet emptor & venditor acquiescant. L. 5.*

Legatarii (hærede victo *d*) causam appellationis agere possunt. L. 5, §. 2. L. 14.

*d* Maximè si hæres in judicio non adfuit, quia non creditur tunc jus fieri ex sententiâ Judicis. L. 17, §. 1. *De inofficioso testamento.*

## IX.

*Pro damna- to ad mor- tem, eo invi- to, appella- tur.* Si resistat qui damnatus est adversus provocationem, nec velit admitti ejus appellationem *e*, perire festinans; adhuc putem differendum supplicium. L. 6. *in fin.*

*e* Humanitatis ratione receptum est ut quis possit pro condemnato appellare.

## X.

*Plectitur qui convi- ciatur ei à quo appellat.* Illud sciendum est, eum qui provocavit, non debere conviciari ei à quo appellat. Cæterum oportebit quo appellatum plecti. L. 8.

## XI.

*Separatis in plures con- demnationi- bus, pluri- bus appella- tionibus, o- pus est.* Si qui separatim fuerint condemnati, quamvis ex eadem causâ, pluribus eis appellationibus opus est, L. 10. *V. inf. L. 17.*

## XII.

*Cumulantur summa ex una actione, ut de appel- landi jure statuatur.* Si quis cum unâ actione ageretur *f*, quæ plures in se species habeat, pluribus summis sit condemnatus, quarum singulæ notionem Principis non faciunt, omnes autem conjunctæ faciunt, poterit ad Principem appellare. L. 10, §. 1.

*f* Contra in L. 11. De jurisdictione.

## XIII.

*In eadem causâ non appellanti prod- st ap- pellantis victoria.* Quod est rescriptum in communi causâ, quoties alter appellat *g*, alter non, alterius victoriam ei pro- g Res judicata est individua, quia pro veritate habetur, quæ est individua. Porro quod per Arrestum seu vice aliâ judicatum est,

ficere qui non provocavit, hoc ita demum probandum est, si una eademque causa fuit defensionis *h*. L. 10, §. ult.

habetur pro veritate in præjudicium sententiæ. Victoria hæredis proficit hæredi in L. 19. De inofficioso testamento. L. 7. Familiæ eriscundæ. Contra in L. 25, §. 8. Familiæ eriscundæ & in L. 22. De exceptione rei judicatæ & in L. 11, §. 3. eod. L. 46. De usufructu. V. L. 62, §. 1. De evictionibus. L. 20. De tutelæ & rationibus. *h* Secus ratione pœnæ si diversum judicium redditum esset. Distingui potest inter actorem & reum. Victoria unius à reis proficit alteri reo, secus de victoriâ unius actorum; idque favore liberationis ut uno liberato alter etiam liberetur. Igitur respectu actorum regula locum habet, quia sibi quisque agit & vincit. Respectu reorum exceptio. L. 2. C. Si unus ex pluribus appellaverit. Ait appellationem unius alteri prodesse. Sed Gotofr. ait in Galliâ non prodesse; nam quilibet tenetur appellare secundum Rebussum in proœmio constit. *gl. 5, n. 98.*

## XIV.

*Solutum ex sententiâ, appellatione receptâ, restituitur.* Cum ex causâ judicati soluta esset pecunia ex necessitate judicis *i*, ab eo qui appellatione interpositâ meliorem sententiam, recipere eum pecuniam quam solvit, oportet. L. 11.

*i* Quia invitus solvit, unde non acquievit sententiæ.

## XV.

*In latrociniis & seditionibus non admittitur appellatio.* Constitutiones quæ derecipiendis, nec non appellationibus loquuntur, ut nihil novi fiat, locum non habent in eorum personâ, quos damnatos statim puniri publicè interest, ut sunt insignes latrones *l*, vel seditionum concitatores, vel duces factionum. L. 16.

*l* Vel alia justa causa quam mox præses litteris excusavit, moram non recipiat, non pœnæ festinatione, sed præveniendi periculi causâ, tunc enim punire permittitur, deinde scribere. L. 6, §. 9. *De injusto rupto.*

## XVI.

*Ubi duæ sententiæ, duabus opus est appellationibus.* Cum in unâ causâ separatim duplex sententia divisa datur, veluti una fortis, alia usurarum, duplex appellatione necessaria est, ne alteram agnovisse, de alterâ provocasse intelligatur. L. 17. *V. f. L. 16, §. 4. C. depositi.*

## XVII.

*Non appellandum ab edicto peremptorio, sed defendendum.* Eum qui cognovit editum peremptorium secundum ordinis causam dari *m*, placuit non rectè provocasse, cum in ejus potestate fuerit, ante diem præstitutum pro tribunali respondentem aut defensum edicti denunciationem rumpere. L. 23, §. ult.

*m* On n'appelloit point de la troisième Sentence par défaut.

## XVIII.

*Tutoris appellationem major factus exequitur.* Substituti tutores in locum legitimi tutoris, experti cum eo tutelæ judicio, cum arbiter iniquè condemnavit, quam rei æquitas exigebat, à sententiâ ejus provocaverunt *n*: pendente causâ appellationis juvenes adoleverunt. Quæsitum est, cum omnis executio hujus ad adultos pertineat, causam ad se pertinentem idoneè tueri possunt, an postulatio eorum contra quos appellatum erat dicentium illos debuisse causas appellationis reddere, qui primi sunt experti, admittenda non sit? Respondit, eos quorum tutela gesta esset, si vellent causam exequi, non prohibendos. Idem & in curatoribus observandum est, si interim adultus ad legitimam ætatem pervenit. L. ult. §. ult. *V. L. 10, f. C. eod.*

*n* Dans l'usage de la procédure le mineur sorti de tutelle doit reprendre l'instance, parce qu'il n'y étoit pas en son nom. Secus du mineur émancipé, parce qu'il étoit en cause en son nom avec son curateur, & le curateur cesse seulement d'y être.

## XIX.

*In causâ appellationis pronuncian- dum an benè vel malè judicatum sit.* Super omni causâ interpositam provocationem vel injustam tantum liceat pronuciare, vel justam o. L. 6. C. de appellat. & consult. *o* Bien jugé ou mal jugé.

## XX.

*Omissa a- pud primum judicem, in causâ appellationis possunt allegari.* Si quid in agendo negotio minus se allegasse litigator crediderit, quod in judicio acto fuerit omissum apud eum, qui de appellatione cognoscit, persequatur: cum votum gerentibus nobis aliud nihil in judiciis, quam justitiam locum habere debere *p*, necessaria res fortè transmissa, non excluenda videatur. L. 6, §. 1. C. de appell. & consult.

*p* V. L. 2. C. Sententiam rescindi non posse. V. L. 3, §. 3. V. supra n. 6.

## XXI.

*Plectendi* Ne temerè autem ac passim provocandi omnibus qui temerè facultas præbeatur, arbitramur eum qui malum li-  
*appellant.* tem fuerit persecutus, mediocriter pœnam à compe-  
tenti iudice sustinere. *L. 6. §. 4. C. eod.*

## XXII.

*Si desera-* Si intra dies præstitutos qui appellavit desistat q, de-  
*tur appella-* ferta existimatur provocatio, & executioni sententia  
*tio, senten-* mandabitur. *L. 18. C. eod.*

*tia execu-* q *Désertion d'appel.* Annus datur in Authent. ei qui appellat. C.  
*tionis man-* De temporibus & reparationibus.  
*dabitur.*

## XXIII.

*In minimis* Et in majoribus, & in minoribus negociis appellandi  
*appellare li-* facultas est. Nec enim iudicem oportet injuriam sibi  
*cet.* fieri existimare, eo quòd litigator ad provocationis  
auxilium convolvavit r. *L. 20. Cod. eod.*

r *Plusieurs Coutumes admettent l'exemption d'appel pour empêcher l'appellant de retourner devant le même Juge pour une autre cause. Propter. L. 1. supra.*

## XXIV.

*Appellatur* Et in multis à iudicibus inferendis, appellationes  
*à multâ.* jubemus admitti. *L. 25. C. eod.*

## XXV.

*Appellatio-* Si quis libellos appellatorios ingesserit, sciat se ha-  
*ni licet re-* bere licentiam arbitrium commutandi, & suos libellos  
*nuntiare.* recuperandi, ne justæ pœnitudo humanitas ampu-  
tetur, f. *L. 28. C. eod.*

f *La Loi 39, §. 1. C. De appellationibus, recommande la brieveté dans les griefs, & de ne point répéter ce qui a été écrit en cause principale.*

## TITULUS II. Quibus appellare non licet.

## TITULUS III. Quis &amp; à quo appelletur.

## TITULUS IV. Quando appellandum sit &amp; intra quæ tempora.

## TITULUS V.

## De appellationibus recipiendis, vel non

## I.

*Non appella-* Non solent audiri appellantes, nisi hi quorum in-  
*at ejus* terest. *L. 1.*  
*non interest.*

## TITULUS VI. De libellis dimissoriis qui Apostoli dicuntur.

## TITULUS VII. Nihil innovari appellatione interpositâ.

## TITULUS VIII.

## Quæ sententiæ sine appellatione rescindantur.

## I.

*Error cal-* Si calculi error in sententiâ esse dicatur a, appellare  
*culi sine ap-* necesse non est. Veluti si iudex ita pronuntiaverit,  
*pellatione* cum constet Titium Seio ex illâ specie quinquaginta, item  
*corrigitur.* ex illâ specie viginti quinque debere: idcirco Lucium Ti-  
tium Seio centum condemno: nam quoniam error com-  
putationis est, nec appellare necesse est, & citrà pro-  
vocationem corrigitur. *L. 1, §. 1.*

a Error calculi nunquam veritati præjudicium facit. *L. unic. C. De errore calculi. supra. De transactionibus. Error calculi non præcribitur. L. 8. De administratione rerum ad civitates pertinentium. V. l. 2. C. De re judicatâ. & supra. De re judicatâ. n. 38.*

Errorem calculi, sive ex uno contractu, sive ex plu-  
ribus emerferit, veritati non afferre præjudicium,  
sæpè constitutum est. *L. un. C. de error. calc.*

## II.

*Aliud de* Contra constitutiones iudicatur, cum de jure conf-  
*jure consti-* titutionis, non de jure litigatoris pronuntiatur.  
*tutionis pro-*

Tom. II.

Nam si iudex volenti se ex curâ muneris vel tute-  
læ, beneficio liberorum, vel ætatis, aut privilegii  
excusare, dixerit, neque filios, neque ætatem, aut ul-  
lum privilegium ad muneris vel tutelæ excusationem pro-  
desse, de jure constituto pronuntiasse intelligitur. Quòd  
si de jure suo probantem admiserit, sed idcirco contra  
eum sententiam dixerit, quòd negaverit eum de ætate  
suâ, aut de numero liberorum probasse, de jure litiga-  
toris pronuntiasse intelligitur. *L. 1, §. 2.*

nuntiari &  
aliud de jure  
litigatoris.

## TITULUS XIV.

## De jure fisci \*.

\* Vide quinque privilegia fisci ad l. 5. infra de censibus.

## I.

Quando fraus (legi) interposita videatur agen-  
dum est a, id est, utrùm exitus spectari debeat  
an consilium. Et placuit exitum esse spectandum. *L. 3, §. 2.*

Si fraus  
legi facta di-  
catur, spec-  
tandus exi-  
tus, non con-  
silium.

a *Combien faut-il de prescription contre le Roi pour les biens vacans, occupés de bonne foi & vendus à un acheteur de bonne foi? Faut-il 30 ans? Ou si la prescription de 10 & 20 ans suffit? Le Roi qui agit par Procureur sera-t il réputé présent par tout? V. l. 2, §. 1, l. 3. De requirendis reis, ubi si per annos 20. fiscus bona non occupaverit. b L. 10, §. 1. Quæ in fraudem creditorum.*

## II.

Justa (rerum) pretia non ex præteritâ emptione c,  
sed ex præsentî æstimatione constituuntur. *d. L. 3, §. 5.*

Pretia ex  
præsentî æs-  
timantur.

c *L. 2, §. 1, & 2, ait in omni causâ nummaria instrumenta edenda esse fisco. L. 3. De edendo. L. 2. De fide instrumentorum.*

d *Quanti res venire potest.*

## III.

Si posteriori creditori fiscus successerit, eo jure  
utitur quo usus erat, cui successit. *L. 3, §. 7. V. n. 19.*

Fiscus auc-  
toris sui jure  
utitur.

## IV.

Si in locis fiscalibus, vel publicis religiosive, aut  
in monumentis thesauri reperti fuerint; Divi fratres  
constituerunt, ut dimidia pars ex his fisco vindicare-  
tur. Item si in Cæsaris possessione repertus fuerit, dimi-  
diam æquè partem fisco vindicari. *L. 3, §. 10.*

Theauri  
in publico  
inventi di-  
midium ha-  
bet Princeps.

Thesauri in privato loco inventi dimidiam habet  
inventor e, dimidiam loci dominus. *L. 1. C. de The-  
saur.*

In privato  
dimidiam  
inventor, di-  
midiam loci  
dominus.

e *Apud nos tres partes sunt quando quis in alieno loco invenit.*

## V.

Quodcumque privilegii fisco competit, hoc idem  
& Cæsaris ratio, & Augustæ habere solet f. *L. 6, §. 1.*

Princeps &  
Augusta hæ-  
bent privile-  
gia fisci.

f *V. l. 56 & 57. De legatis 2.*

## VI.

Non puto delinquere eum qui in dubiis quæstioni-  
bus contra fiscum facile responderit. *g. L. 10.*

In dubiis  
fisco non f. a  
vendum.

g *Sub bono Principe causa fisci semper mala est. Cassiodor.*

Quod communiter omnibus prodest, hoc rei priva-  
tæ nostræ utilitati præferendum esse censemus: nostrum  
esse proprium subjectorum commodum imperialiter  
existimantes. *L. 1, §. 14. c. de cad. toll.*

Rei suæ &  
quod omni-  
bus prodest  
Princeps  
anteponit.

## VII.

Non possunt ulla bona ad fiscum pertinere h, nisi  
quæ creditoribus superfutura sunt: id enim bonorum  
cujusque intelligitur quod æri alieno superest. *L. 11.*

Fiscus post  
creditorum.

h *Scilicet in confiscatione bonorum.*

## VIII.

In summâ sciendum est, omnium fiscalium pœnarum  
petitionem creditoribus postponi i. *L. 17.*

Pœnâ fiscalium  
les credito-  
ribus post-  
ponuntur.

i *Secus in creditore peculatus.*

Quod placuit fisco non esse pœnam petendam, nisi  
creditorum suum recuperaverint, eo pertinet ut privile-  
gium in pœnâ contra creditores non exerceatur, non  
ut jus commune privatorum fiscus amittat. *L. 37. V. l. un. C. pœn. fisc. cred. præf.*

Non iis qui  
post pœnâ  
creditoribus.

## IX.

Non exigitur à possessoribus circa delationes fiscales: sed delatorem probare debere quod intendit. L. 25.

*i* L. 11. De petitione hereditatis. L. 10 C. Arbitrium tutelæ.

*Le Prêtre, cent. 4. C. 55.*

## X.

In postquam sitis fisci prævenit. Si qui mihi obligaverat quæ habet habiturusque esset, cum fisco contraxerit, sciendum est, in re postea adquisita, fisco potiore esse debere Papinianum respondisse; quod & constitutum est: prævenit enim causam pignoris fisci m. L. 28.

*1* Voyez l'Edit du mois d'Août 1669.

*m* Vide l. ult. Qui potiores. n. 5. ubi excipitur causa tutelæ.

## XI.

Fisci privilegiis subicitur debitoris. Eum qui debitoris fisci adiit hereditatem, privilegiis fisci cæpisse esse subjectum n. L. 33.

*n* An fiscus habet ipso jure hypothecam in ejus bona? Nov. Sed dumtaxat fiscus habebit privilegium actionis principalis.

## XII.

Exulis ad tempus bona non publicantur. Bona fisco, citra pœnam exilii o perpetuam, adjudicari sententiâ non oportet. L. 39. p.

*o* Le bannissement perpétuel emporte confiscation. V. l. 1. De bonis damnatorum. p. V. exception. in l. 24. C. De donationibus inter virum.

## XIII.

Bona ad fisci successores cum oneribus transferunt. Eum qui bona vacantia à fisco comparavit, debere actionem quæ contra defunctum competebat excipere. L. 41. q.

*q* La Loi 45, §. 14, dit: Minoribus vectigalia locanda non sunt ne beneficio ætatis utantur.

## XIV.

Fiscus habet semper jus pignoris. Fiscus semper habet jus pignoris r. L. 46, §. 3 V.

*r* Le §. 9 dit: Qui pro alio à fisco conventus solvit, non iniquè petit persecutionem ejus bonorum pro quo solvit.

## XV.

Cum fisco non compensantur tributa, stipendia, præterea rei emptæ à fisco, annona. Ut debitoribus fisci s, quod fiscus debet compensetur, sæpe constitutum est, exceptâ causâ tributariâ, & stipendiorum t, item pretio rei à fisco emptæ, & quod ex causâ annonariâ debetur. L. 46, §. 5. V. de compens. L. 20 u.

*s* Le §. 6. l. 45. dit: Ipse autem fiscus hâc conditione sua instrumenta edit, ut ne is cui describendi sit potestas adversus se vel rempublicam his actis utatur. C'est le style de la Chambre des Comptes. La Loi 29, §. 1. dit: Eum qui falsum testamentum dixit, posse adire hereditatem constat; sed denegatis actionibus fisco locus erit, & obligationes quas ad eundem confudit, non restituuntur. Le §. 2. dit: Nam & in eo qui potest aditam hereditatem defuncti mortem non defendit, Imperator rescriptis obligationes confusas non resuscitari. Item oportet ut ex eadem statione debeatur. u L. 46, §. ult. ait: si multi fisco fraudem fecerint, non ut in actione furti, singuli solidum, sed omnes semel quadrupli pœnam pro virili portione debent: sane pro non idoneis, qui sunt idonei, conveniuntur. Vide l. 6. De publicanis. ubi dixi de l'amende de 1000 livres contre les fraudeurs de tabac.

## XVI.

Hæredes debitoris fisci prius conveniendi quam tertii possessores. Moschis x quædam fisci debitor ex conductione vectigalis, hæredes habuerat, à quibus post aditam hereditatem Faria Senilla, & alii prædia emerant. Cum convenirentur propter Moschidis reliqua, & dicebant hæredes moschidis idoneos esse, & multos alios ex iisdem bonis emisse, æquum putavit Imperator prius hæredes conveniri debere y, in reliquum possessorem omnem, & ita pronuntiavit. L. 47. V. n. 19. z.

*x* Discussion même contre le fisc. V. n. 19. Quid chez nous pour les deniers royaux? L'Edit du mois d'Août 1669 n'exclut point la discussion. y Par Déclaration de 1669, les débetés de clair sont imprescriptibles par quelque laps de tems que ce soit, & ils portent intérêt de plein droit, quand ils excèdent 200 liv. par l'Edit de 1670. V. De administratione rerum ad civitates. n. 8.

*z* V. Cujacium ad Nov. 4.

## XVII.

Bonis hæreditis publicæ scripta, à fisco vindicantur. Cornelio Felici a mater scripta hæres, rogata erat restituere hereditatem post mortem suam. Cum hæres scripta, condemnata esset à fisco, & omnia bona mulieris occuparentur, dicebat Felix, se ante pœnam esse:

*a* La confiscation emporte l'usufruit au profit du fisc. Si les

hoc enim constitutum est. Sed si nondum dies fidei commissi venisset, quia posset prius ipse mori b, repulsus est interim à petitione. L. 48, §. 1. c.

*b* V. l. 69, §. 1. De legatis 2. & ibi Cujacium. c V. l. 77, §. 4. De legatis 2.

*b* V. l. 69, §. 1. De legatis 2. & ibi Cujacium. c V. l. 77, §. 4. De legatis 2.

## XVIII.

Justas etiam, & quæ locum habent fisci actiones præcipimus concremari ob hoc solum quod suis temporibus prolata non sunt. Ut jam calumniæ priuatorum eo saltem arceantur exemplo, quo justas fisci lites filere præcipimus. L. 6. C. de jur. fisc. d.

*d* L. 2, §. ult. L. 3. De requirendis reis.

## XIX.

Non injustâ ratione desideratis, repromissâ fisco indemnitate, eos priore loco conveniri, qui reliqua contraxerunt, mox ad vos perveniri qui ab his quædam mercati estis. 1. C. de conv. fisc. deb. V. l. 47.

## XX.

Qui propriâ scripturâ debitorem sibi adnotat creditor non est, nec fiscus si ei succedat e, L. ult. C. de conv. fisc. deb.

*e* Exemplo perniciosum est ut ei scripturæ credatur, quia unusquisque sibi annotatione propriâ debitorem constituit. L. 7, C. De probationibus.

## XXI.

Scire debet gravitas tua intestatorum res, qui sine legitimo hærede decesserint f, fisci nostri rationibus vindicandas. L. 1. C. de bon. vacant. & incorp.

Vacantia mortuorum bona tunc ad fisco jubemus transferri, si nullum ex quâlibet sanguinis lineâ, vel juris titulo, legitimum reliquerit intestatus hæredem. L. 4. C. eod.

*f* Déhérence.

## XXII.

Si quando adnotationes nostræ contineant possessionem, five domum quam donaverimus integro statu donatam, hoc verbo ea vis continebitur, quam ante scribebamus, cum adjacentibus, & pecoribus, & fructibus, & omni jure suo: ut ea quæ ad instructum possessionis vel domus pertinent, tradenda sint. L. 2. C. de bon. vacant. & de incorp.

*g* L. 191. De re judicatâ. L. 3. De constitutionibus Principum.

## XXIII.

Respublica minorum jure uti solet. L. 4. C. quib. ex caus. maj. in int. rest.

Rempubicam ut pupillam extra ordinem juvari moris est. L. 3. C. de jure Reip. lib. 11.

## XXIV.

Si priusquam fisci rationibus pater vester obligaretur, perfectam prædiorum donationem fecisse fuerit probatus, quod citrà fraudem creditorum gestum est, non rescinditur. L. 1. de jure fisci.

## TITULUS XV.

De captivis, & de postliminio, & redemptis ab hostibus.

## I.

Verum est, expuissis hostibus ex agris quos ceperint, dominia eorum ad priores dominos redire; nec aut publicari, aut prædæ loco cedere. Publicatur enim ille ager qui ex hostibus captus sit. L. 20, §. 1.

## TITULUS XVI. De re militari.

## TITULUS XVII. De castrensi peculio.

## TITULUS XVIII. De veteranis.

## LIBER L.

## TITULUS I.

## Ad municipalem, &amp; de incolis.

## I.

**M**unicipes dicimus suæ cujusque civitatis cives. *L. 1, §. 1. in f.*

## II.

Placet etiam filios familias domicilium habere possit: non utique ubi pater habuit, sed ubicumque ipse patre domicilio constituit *L. 3. & L. 4.*

## III.

Imperator Titius Antoninus Lentulo Vero rescripsit: Magistratum officium individuum, ac periculum esse commune. Quod sic intelligi oportet, ut ita demum collocatione telegæ periculum adscribatur, si neque ab ipso qui gestentur in solit, neque ab his qui pro eo intervenerunt, res servari possit, & solvendo non fuit, honore deposito. Alioquin si persona vel cautio sit idonea, vel solvendo fuit quo tempore conveniri potuit, unusquisque in id quod administravit tenebitur. *L. 11.*

## IV.

Municipes intelliguntur scire quod sciant hi quibus summa Reipublicæ commissa est. *L. 14.*

## V.

Facti quæstio est in potestate judicantium: juris autem autoritas non est *a. L. 15. in f. pr. b.*

*a L. 7. C. De fideicommissis. b L. 1, §. 4. Ad Turpilianum.*

## VI.

Exigendi tributi munus inter fordida munera non habetur. *L. 17, §. 7.*

*c Recette de capitation, dixieme, &c.*

## VII.

Fidejussores qui salvam Rempublicam fore responderunt, pœnalibus actionibus non adstringuntur *d*, in quas inciderunt hi pro quibus intervenerunt. Eos enim damnum Reipublicæ præstare satis est *e*, quod promitti videtur. *L. 17, §. ult. V. inf. L. 21, §. 1.*

*d L. ult. De magistrat. convent. L. 68. De fidejussor.*

*e L. 9. De administratione rerum ad civitates pertinentium.*

## VIII.

Divus Severus rescripsit intervalla temporum in continuandis oneribus, invitis, non etiam volentibus cessat, dum ne quis continuat honorem. *L. 18, L. 14, §. penult. inf. de mun. & hon.*

## IX.

Quod major pars Curia efficit *f*, pro eo habetur ac si omnes egerint. *L. 19 g.*

*f Idem dans la constitution des bannalités. g V. L. 3. De decretis ab ordine faciendis.*

## X.

Domicilium re & facto transfertur, non nudâ con-  
testatione, sicut in his exigitur qui negant se posse ad  
facto trans- munera, ut incolas, vocari. *L. 20.*

## XI.

Paulus respondit eos qui pro aliis non ex contractu, sed ex officio *h* quod administraverint, conveniuntur, in damnum fortis substitui solere, non etiam in usuras *i*. *L. 21, §. 1.*

*h L. ult. De magistratibus convent.*

*i Quia non datur pœna pœnæ. L. 24. infra. L. 17, §. ult. supra.*

## XII.

Constante matrimonio dos in bonis mariti est. *L. 21, §. 4. V. f. de jur. dot. n. 4.*

## XIII.

Idem respondit, si civitas nullam propriam legem habet de adjectionibus admittendis *l*, non posse recedi

*l Tiercement, doublement.*

*adjectio.*

à locatione, vel venditione prædiorum publicorum jam perfectâ: tempora enim adjectionibus præstita ad causas fisci pertinent *m. L. 21, §. ult.*

*m Civitas non fruitur privilegiis fisci.*

Si tempora quæ in fiscalibus auctionibus, vel hastis statuta sunt patiuntur, cum etiam augmentum te facturam esse profitearis, ad rationalem nostrum, ut justam uberius pretii oblationem admittat. *L. 4. C. de fid. & jur. hast.*

Congruit æquitati, ut veteres possessores fundorum publicorum novis conductoribus præferantur *n*, si facta per alios augmenta suscipiant. *L. 4. C. de locat. præd. civ.*

*n Idem dans les boutiques du Palais.*

## XIV.

Vidua mulier amissi mariti domicilium retinet, exemplo clarissimæ personæ per maritum factæ: sed utrumque aliis intervenientibus nuptiis permutatur. *L. 22, §. 1. V. inf. l. 32 & l. ult, §. 3.*

## XV.

Miles ibi domicilium habere videtur ubi meret, si nihil in patriâ possideat. *L. 23, §. 1.*

## XVI.

Constitutionibus Principum continetur, ut pecuniæ quæ ex detrimento solvitur usuræ non præstentur *o*. *L. 24.*

*o Non datur pœna pœnæ. L. 21, §. 1, supra. Les dommages & intérêts peuvent quelquefois produire des intérêts.*

## XVII.

Si quis negotia sua non in coloniâ, sed in municipio semper agit, in illo vendit, emit, contrahit; eo in foro, balneo, spectaculis utitur, ibi festos dies celebrat; omnibus denique municipii commodis, nullis coloniarum fruitur, ibi magis habere domicilium, quàm ubi colendi causâ diversatur. *L. 27, §. 1. V. inf. n. 23.*

*Ibi domicilio, ubi rerum summa.*

Eam domum unicuique nostrum debere existimari constitutum est, ubi quisque fedes & tabulas haberet, suarumque rerum constitutionem fecisset. *L. 203. ff. de verb. signif.*

In eo loco singulos habere domicilium non ambigitur, ubi quis larem, rerumque ac fortunarum suarum summam constituit: undè rursus non sit discessurus, si nihil avocet: unde cum profectus est, peregrinari videtur\*, quod si rediit, peregrinari jam destitit, *L. 7. C. de incol. & ubi quisq. domic. hab. vid.*

\* Quo.

## XVIII.

Nihil est impedimento quominus quis ubi velit habeat domicilium, quod ei interdictum non sit. *L. 31.*

*Libera cuiusque domicili et. et. et.*

Non tibi obest, si cum incola esses, aliquod munus suscepisti, modò si antequàm ad alios honores vocaris, domicilium transtulisti. *L. 1. C. de inc. & ubi quis dom. V. inf. n. 21.*

## XIX.

Ea quæ desponsa est, ante contractas nuptias suum non mutat domicilium *L. 32. V. f. l. 22, §. 1.*

## XX.

Roma communis nostra patria est. *L. 33. p.*

*p L. ult. De interdictis. L. 6. §. 11. De excusationibus.*

## XXI.

Incola jam muneribus publicis destinatus, nisi perfecto munere, incolatui renunciare non potest. *L. 34. V. inf. de mun. & hon. L. 4, §. ult.*

*Ad munera destinatus non potest renuntiare incolatui.*

## XXII.

Item rescripserunt, mulierem quamdiu nupta est, incolam ejusdem civitatis videri cujus maritus ejus est: & ibi undè originem trahit, non cogi muneribus fungi. *L. ult. §. 3.*

*Viri domicilium mulier sequitur, & dignitatem, & forum.*

Mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus, & forum ex eorum personâ statuimus, & domicilia mutamus. Si autem minoris ordinis virum postea fortitæ fuerint, priore dignitate privatæ, posterioris mariti sequentur conditionem. *L. 13 C. de dignit. V. f. L. 22, §. 1, L. 8. ff. de Senat.*

## XXIII.

*Domicilium incolae factum.* Gives origo, incolas domicilium facit q. L. 7. C. de incol. & ubi quisq. domic. habet. vid. q Vide titulum sequentem, n. 8.

## XXIV.

*Dignitatis domicilium.* Senatores in sacratissimâ urbe domicilium dignitatis habere videntur. L. 8. C. de incol. & ubi quisq. dom. hab. vid.

## XXV.

*Non alienanda sine solemnibus bona civitatum.* Bona civitatum non sine solemnibus alienanda. L. 3. C. de vend. reb. civ.

## TITULUS II.

## De decurionibus, &amp; filiis eorum.

## I.

*Filio non est pœna de lictum patris.* Nullum patris dilectum innocenti filio pœnæ est honoribus propter ejusmodi causam prohibetur. L. 2. §. 7. V. j. ad leg. Jul. maj. n. 4. & inf. de mun. & hon. n. 4.

a L. 26. De pœnis.

## II.

*Interdictus od tempus eo finito redit ad officium, nisi ignominiam crimen im-* Antoninus edicto proposito statuit, ut cuicumque aut quâcumque causâ, ad tempus ordine b vel ad vocationibus, vel quo alio officio fuisset interdictum, completo tempore, nihilominus fungi honore, vel officio possit. Et hoc rectè, neque enim exaggeranda fuit sententia quæ modum interdictioni fecerat. L. 3, §. 1.

b L. 9. De pœnis.

Ad tempus ordine motos ex crimine quod ignominiam importat, in perpetuum moveri placuit. L. 5.

Quibus posthac ordini suo, vel advocati ad tempus interdiceretur, post impletum temporis spatium, non prorogabitur infamia. L. 1. C. de his qui in exil. dati. ab ord. m. j. V. l. 8. ff. de postul.

## III.

*In honoribus præcellunt qui pluribus suffragiis decorati sunt, & qui plures habent liberos.* Privilegiis cessantibus cæteris, eorum causa potior habetur in sententiis ferendis, qui pluribus eodem tempore suffragiis jure decurionis decorati sunt. Sed & qui plures liberos habet c, in suo collegio primus sententiam rogatur, cæterosque honoris ordine præcellit. L. 6. §. ult.

c Privilegium plurium liberorum honos est primum sententiam dicere, vel opinionem.

Patrem non habenti filios anteferri constat. L. 9. C. eod.

## IV.

*Fratres indivisi bonis ad munera singuli vocantur.* Licet indivisa bona fratres habent, nihilominus tamen singuli suo nomine civilibus tenentur muneribus. L. 7. C. eod. V. inf. de muner. & honor. n. 21.

## V.

*A muneribus excusantur septuagenarii.* Si ultra septuagesimum ætatis annum d patrem tuum esse Præses Provinciæ perspexerit, eum personalium munerum vacatione perfrui providebit. L. 10. C. eod.

d V. l. 3. De jure immunitatis. Ergo annus septuagesimus debet esse completus. V. l. 8. De muneribus & honoribus.

## VI.

*Non excusat podagra, nisi talis sit, ut rerum propriarum curam impediat.* A muneribus podagræ valetudo non præstat excusationem. L. 13. C. eod.

Podagræ quidem valetudo nec ad personalium munerum prodest excusationem. Verùm cum ita te valetudine pedum afflictum dicas, ut rebus propriis intercessum commodare non possis, Rector Provinciæ, si allegationibus tuis fidem adesse perspexerit, ad personalia munera te vocari non patietur. L. 3. C. qui morbo se excus.

## VII.

*Duodecim* Si quis decurio pater sit duodecim liberorum, ho-

noratissimâ munerum quiete donetur. L. 24. C. h. tit. liberi excusant à muneribus.

## VIII.

Patris originem unusquisque sequitur. L. 36. C. eod. e.

e Vide titulum præcedentem, n. 23.

## IX.

Quis tam inveniri iniquus arbiter rerum potest, in urbibus magnifico statu præditis, ac votivâ curialium numerositate locupletibus, ad iterationem quempiam transacti oneris compellat: ut cum alii necdum penè initiati curiæ sacris fuerint, alios & continuatio & repetitæ sæpè functiones adfiant. L. 52. C. eod. V. inf. de mun. & bon. L. 3, §. 15. & n. 15.

*Ubi copia civium, non iterum ad eandem functionem quis revocetur.*

## TITULUS III.

## De albo \* scribendo a.

\* Albo.

a Album est matricula decurionum. Gotofred.

## I.

*Ordo secundum dignitates.* Decuriones in albo ita scriptos esse oportet, ut lege municipali præcipitur: sed si lex cessat, tunc dignitates erunt spectandæ, ut scribantur eo ordine quo quisque eorum maximo honore in municipio functus est. L. 1.

## II.

Hi qui nullo honore functi sunt (ita scribendi) prout quisque eorum in ordinem venit. L. 1. in fn. princ.

## III.

In albo decurionum in municipio nomina a antè scribi oportet eorum, qui dignitates Principis judicio consecuti sunt, postea eorum qui tantum municipalibus honoribus functi sunt. L. 2.

a Les Officiers du Roi précédent les Officiers de Ville.

## TITULUS IV.

## De muneribus, &amp; honoribus,

## I.

*Munera sunt aut personarum, aut patrimonii, aut mixta.* Munerum civilium quædam sunt patrimonii, alia personarum. L. 1.

Illud tenendum est generaliter personale quidem munus esse, quod corporibus, labore, cum sollicitudine animi, ac vigilantia solemniter extitit: patrimonii verò, in quo sumptus maximè postulatur. L. 1, §. 3.

Munerum civilium triplex divisio est, nam quædam munera personalia sunt, quædam patrimoniorum; dicuntur alia mixta. L. 18. d. l. §. 1.

## II.

Qui originem ab urbe Româ habent, si alio loco domicilium constituerunt, munera ejus sustinere debent. L. 3.

## III.

His qui castris operam per militiam dant, nullum municipale munus injungi potest. L. 3. §. 1.

## IV.

Quòd pater in reatu criminis alicujus est a, filiis impedimento ad honores esse non debet. L. 3. §. 9.

a V. l. 2, §. 7. De decurionibus.

## V.

Eos milites, quibus supervenientibus hospicia præberi in civitate oportet, per vices ab omnibus b quos id munus contingit, suscipi oportet. L. 3. §. 13.

b Nonne satius hospitia dividi pro ratâ fortunarum, ut putat Lavinus vir summæ probitatis, quàm per vices; revera æqualitas quæ fit per vices videtur prorsus iniqua.

## VI.

Præses Provinciæ provideat, munera & honores in civitatibus æqualiter per vices secundum ætates, & dignitates, ut gradus munerum, honorumque, qui

*Munera æqualiter, & per vices in-*



antiquitus statuti sunt, injungi: ne sine discrimine & frequenter iisdem oppressis, simul viris & viribus Republicæ destituantur. L. 3, §. 15.

Civilia munera per ordinem pro modo fortunarum sustinenda sunt. L. un. C. de mun. patrim.

## VII.

Non excusat qui ut unus defugiat nomen militiæ dedit. Qui obnoxius muneribus suæ civitatis fuit, nomen militiæ, defungendi oneris municipalis gratiâ, dedit, deteriore causam Reipublicæ facere non potuit. L. 4, §. ult. V. f. ad municip. n. 21.

## VIII.

A patrimonio non est excusatio. Munera quæ patrimoniis injunguntur, vel intributiones, talia sunt, ut neque ætas ea excuset, neque numerus liberorum, nec alia prærogativa, quæ solet à personalibus muneribus exuere. L. 6, §. 4.

## IX.

Patrimoniorum munerum solis incolis, intributiones possessoribus inducuntur, duplicia sunt. Nam quædam possessoribus injunguntur, sive municipes sunt, sive non sunt: Quædam non nisi municipibus vel incolis. Intributiones quæ agris fiunt, vel ædificiis, possessoribus inducuntur. Munera verò quæ patrimoniorum habentur, non aliis quàm municipibus, vel incolis. L. 6, §. ult. C. 18, §. 21.

## X.

Minoribus non committitur Reipublicæ administratio. Ad Rempublicam administrandam antè vicesimum quintum annum, vel ad munera quæ non patrimoniis sunt, vel honores, minores admitti non oportet. L. 8.

## XI.

Annu: ceptu pro impleto habetur in honoribus, ubi minori nihil committitur. Annus vicesimus quintus ceptus pro pleno habetur. Hoc enim in honoribus favoris causâ constitutum est, ut pro plenis inchoatos accipiamus: sed in his honoribus in quibus Reipublicæ quid eis non committitur: Cæterum cum damno publico honorem ei committi non est dicendum, etiam cum ipsius perniciæ minoris. L. 8.

<sup>a</sup> Secus in restitutionibus. L. 3, §. 3. De minoribus. V. de decurionibus. n. 5.

## XII.

Qui munera detractant coguntur ut gerant. Si quis magistratus in municipio creatus, munere injuncto fungi detrectet, per Præsides munus agnoscere cogendus est remediis quibus tutores quoque solent cogi ad munus, quod injunctum est, agnoscendum. L. 9.

## XIII.

Honorimus non super injungitur: sed muneri honor accedit. Honorem sustinenti, munus imponi non potest; munus sustinenti, honor deferri potest. L. 10.

## XIV.

Ut gradatim honores deferantur, edicto, & ut à minoribus ad majores perveniatur, epistolâ Divi Pii ad Titianum exprimitur. L. 11. V. inf. L. 14, §. pen.

## XV.

Quoties penuria est eorum, qui magistratum suscipiunt, immunitas ad aliquid infringitur. L. 11, §. 2. V. inf. L. 14, §. pen. & de Decurionibus. n. 9.

## XVI.

Honor municipalis est administratio Reipublicæ cum dignitatis gradu, sive cum sumptu, sive sine erogatione contingens d. L. 14.

<sup>d</sup> L'Office est une dignité ayant fonction publique, dit Loyseau dans son Traité des Offices.

## XVII.

Munus est administratio sine dignitate. Publicum munus dicitur, quod in administrandâ Republicâ cum sumptu sine titulo dignitatis subimus. L. 14, §. 1.

## XVIII.

In electione spectanda persona, natalis, facultates. De honoribus sive muneribus gerendis cum quaeritur, in primis consideranda persona est ejus cui deferretur honor, sive muneris administratio: item origo natalium, facultates quoque, an sufficere injuncto muneri possint, item lex secundum quam muneribus quisque fungi debeat. L. 14, §. 3.

## XIX.

Honores non contuendi, nisi in penuria eligendorum. Gerendorum honorum non promiscua facultas est, sed ordo certus huic rei adhibitus est. Nam neque prius majorem magistratum quisquam, nisi minorem susceperit, gerere potest, neque ab omni ætate, ne-

que continuare quisque honores potest. Si alii non sint, qui honores gerant, eosdem compellendos qui gesserint complurimis constitutionibus cavetur. D. etiam Hadrianus de iterandis muneribus rescripsit in hæc verba: illud consentio, ut si alii non erunt idonei, qui hoc munere fungantur, ex his qui jam functi sunt, creentur. L. 14, §. penult. & ult. V. f. L. 11.

Defensionem Reipublicæ amplius quàm semel suscipere nemo cogitur, nisi id fieri necessitas postulet. L. 16, §. ult.

## XX.

Sicut honores & munera cum pater & filius Decuriones sunt, in eadem domo continuari non oportet: ita vacationum concessa tempora non aliis prodesse possunt, quàm his qui ad eosdem vel alios honores eademque vel alia munera, denuò vocantur. L. 1. C. de muner. & hon. non contin. V. n. seq.

## XXI.

Intervalla temporum quæ in unius personâ locum habent, fratribus (licet communia possideant bona) minimè prodesse, frequenter constitutum est. L. ult. C. eod. V. Tit. de Decurionibus. n. 14.

## XXII.

Cum te omnibus muneribus functum esse adveheres, ad eadem munera, si aliorum civium copia est, qui obsequiis civilibus fungi possint, Præses Provinciæ devocari te non permittet. L. 3. C. quemadm. civ. mun. indic.

## XXIII.

Ab honoribus ad honores eosdem quinquenni datur vocatio e: triennii verò ad alios. L. 2. C. de mun. & honor. Idem in muneribus. V. §. 5. ff. de mun. & honor.

<sup>e</sup> Idem des Collecteurs.

## XXIV.

Veterani sunt qui post vicesimum annum militiæ honestam, vel causariam missionem consecuti sunt. L. ult. C. de his qui non impl. stip. sacr. sol. f.

## XXV.

Decuriones ad magistratum, vel exactionem annuarum ante tres menses, vel amplius, nominari debent. Ut si querimonia eorum videatur justa, sine impedimento, in absolvendi locum alius subrogetur. L. 1. C. de magistr. munic.

## TITULUS V.

## De vacatione, &amp; excusatione munerum:

## I.

Omnis excusatio suâ æquitate nititur. L. 1.

## II.

Quamvis sexaginta quinque annorum aliquis sit, & tres liberos incolumes habeat, à muneribus tamen civilibus propter has causas non liberatur. L. 1, §. ult.

## III.

Numerus liberorum, aut septuaginta annorum, ab honoribus aut muneribus his cohærentibus excusationem non præstat: sed à muneribus tantum civilibus. L. 2, §. 1.

In honoribus delatis neque major annorum septuaginta, neque pater numero quinque liberorum excusatur. L. 8.

## IV.

Qui ad munera vocantur, vivorum se liberorum numerum habere, tempore quo propter eos excusari desiderant, probare debent; numerus enim liberorum postea impletus susceptis antea muneribus non liberat. L. 2, §. 3.

Hoc circa vacationes dicendum est, ut si anet quis ad munera municipalia vocatus sit, quàm negotiari inciperet, vel antequam in collegium adsumeretur quod immunitatem pariat, vel antequam septuagenarius fieret, vel antequam publicè profiteretur, vel antequam

<sup>a</sup> Verum nonne ætas septuagenaria superveniens debet excusationem afferre? neque enim est privilegium, sed multo ma-

Nec honor, nec munus in patre & filio continuatur.

Debito fratri intervallulo non gaudet, licet bona communia possideant. Muneribus functi iterum non eliguntur, nisi in penuria.

Ab hisdem honoribus & muneribus, quinquennio, à diversis trienniis vocatur.

Veteranos facit vicesimum militiæ.

Ante tempus faciendæ electio, ut excusatis alii subrogentur.

Æquitate nititur excusatio.

Sexaginta quinque annis cum tribus liberis

non excusant.

Anni 70 & numerus liberorum à muneribus

non etiam ab honoribus excusant.

Non pro mortui, aut superstitis post munera

susceptis, nec

aliâ excusatione super-

venientes,

liberos fusciperet, compellatur ad honorem gerendum.

L. 5, §. 7. ff. de jure imm. b

gis impotentia & incapacitas. b L. 7. De Judiciis.

V.

*Ab oneribus patrimonii liberi non excusant, nec senium, nec minorætas, nec sexus.* Quæ patrimoniorum onera sunt, numero liberorum non excusantur. L. 2, §. 4.

Neque tempore ætatis, neque numero liberorum à muneribus quæ patrimoniorum sunt, excusationem quis habere potest. L. 5. C. de muner. patrim.

Etiam minores ætate patrimoniorum muneribus subjugari solent. L. 7. C. eod.

Patrimoniorum munera mulieres etiam sustinere debent. L. 9. C. eod.

VI.

*Minus audiens non excusatur.* Minus audiens immunitatem civilium munerum non habet. L. 2, §. 6.

VII.

*Corporis debilitas ab iis excusat quæ corpore implenda sunt: non à cæteris, nisi ex causâ probabili.* Corporis debilitas eorum munerum excusationem præstat, quæ tantum corpore implenda sunt. Cæterum quæ consilio prudentis viri, vel patrimonio sufficientis in homines obiri possunt: nisi certis, & receptis probabilibus causis non remittuntur. L. 2, §. penult.

VIII.

*Absenti ob Reipublicam annumerantur diebus quibus accingitur ad negotium, aut ab eo revertitur, cum aliquo laxamento.* Tempus vacationis, quod datur eis qui Reipublicæ causâ affuerunt, non ex eo die numerandum est, quo quis abesse desiit, sed cum quodam laxamento itineris. Neque enim minus abesse Reipublicæ causâ intelligendus est qui adit negotium, vel ab eo revertitur. Si quis tamen plus justo temporis, aut itineris, aut in alio loco commoratus, consumpserit: ita ea interpretanda erit, ut ex eo tempore vacationis dies incipiat ei cedere, quo iter ex commodo peragere potuisset. L. 4.

c L. 2, §. 8. Si quis cautionibus.

IX.

*Debent philosophi pecuniam contemnere, & onera sustinere.* Verè philosophantes pecuniam contemnunt, cujus retinendæ cupidine fictam adseverationem detegunt. L. 8, §. 4. in f.

d V. L. 6, §. 5. & §. 7. De excusationibus.

Possessio & desiderium tuum inter se discrepant. Nam cum philosophum te esse proponas, vinceres avaritiâ & rapacitate, & onera quæ patrimonio tuo injunguntur solus recusare conaris, quod frustra te facere cæterorum exemplo poteris edoceri. L. 6. C. de mun. patr.

Turpe est ut patriæ functiones ferre non possit, qui etiam fortunæ vim se ferre profitetur. L. 8. in f. C. de profess. & med.

X.

*Qui suis rebus super se non potest à civilibus officiis excusatur.* Qui in eam valetudinem incidit, ut certum sit eum civilia officia subire non posse, aut alio morbo laboret, ut suis rebus superesse non possit (hic) in perpetuum excusatur. L. 13.

XI.

*Una cura à cæteris excusatur.* Eodem tempore idem duas curas operis non administrabit. L. ult. §. 1.

XII.

*In municipiis potest concedi immunitas muneribus & liberalium studiorum professoribus.* Exceptis qui liberalium studiorum antistites sunt, & qui medendi curâ funguntur, Decurionum decreto immunitas nemini tribui potest. L. 1 C. de decret. dec. sup. imm. quib. conc.

XIII.

*Tutelæ à muneribus civilibus non excusant.* Tutelæ sollicitudo à muneribus civilibus non excusatur: ut pote cum nec tres simul injunctæ diversarum domuum hujusmodi beneficium præstent. L. 3. §. de excus. mun.

## TITULUS VI.

### De jure immunitatis.

I.

*Personalis immunitas ad hæredem non transit.* Personis datæ immunitates, hæredibus non relinquuntur. L. 1, §. 1.

II.

Sed & generi posterisque datæ custoditæque ad eos qui ex fœminis nati sunt non pertinent. a. L. 1, §. 2. *Immunitas data posteris ad filia natos non pertinet: perpetua est in posteris masculorum.*

a Nam mulier familiæ suæ finis est, sicut novæ familiæ caput est. L. 195, §. ult. De verborum significatione.

Immunitates generaliter tributæ eo jure, ut ad posteros transmitterentur, in perpetuum succedentibus durant. L. 4.

III.

Si qui certâ conditione muneribus vel honoribus se adstrinxerunt, cum aliàs compelli non possent inviti suscipere istum honorem, fides eis servanda est conditioque, quâ se ad munera five honores applicari passi sunt. §. 2. *Immunitati sub certâ conditione renuntantibus, servanda conditio.*

b V. n. 9.

IV.

Majores septuaginta annis à tutelis & muneribus personalibus vacant. Sed qui ingressus est septuagesimum annum, nondum egressus, hâc vacatione non utetur: quia non videtur major esse septuaginta annis qui annum agit septuagesimum. c. L. 3. *Annus captus non excusat à munere personalis.*

c Deux Arrêts contraires pour la décharge de la contrainte par corps au Parlement. Deux Arrêts conformes à la Loi, moi plaidant à la Cour des Aides. V. de Decurionibus. Supra n. 5.

V.

Semper in civitate nostrâ senectus venerabilis fuit: namque majores nostri penè eundem honorem senibus, quem magistratibus tribuebant. Circa munera quoque municipia subeunda idem honor senectuti tributus est. Sed eum qui in senectute locuples factus est, dici potest non eximi ab hoc onere privilegio ætatis: maximè si non tam corporis habeat vexationem, quam pecuniæ erogationem indicti muneris administratio: & ex eâ sit civitate, in quâ non facillè sufficientes viri publicis muneribus inveniantur. Legem quoque respici cujusque loci oportet, an cum aliquas immunitates nominatim complecteretur, etiam de numero annorum in eâ commemoretur. L. 5. d. L. §. 1. *Senectuti honor habendus.*

VI.

Demonstratur variè nec absisè, numerum liberorum ad excusationem municipalium munerum prodesse, ex rescriptis Divi Elvii Pertinacis. Namque abscisè à Silvio Candido in hæc verba rescripsit. *Εἰ καὶ μὴ πασῶν λειτουργῶν ἀφίεναι τοὺς πατέρας ὁ τῶν τέχων ἀριστὸς ἄλλου ἐπειδὴ ἑκατὸν καὶ δεκά παιδῶν ἔχει διὰ τοῦ βιβλίου ἐδύλοσας, οὐκ ἔστιν ἄλογον, ὥστε συγχωρῆσαι σχολάζειν τῇ παιδοτροφίᾳ, καὶ ἀνελεῖσθαι τῶν λειτουργῶν.* Id est: *etsi non ab omnibus muneribus dimittit patrem natorum numerus; tamen quia sedecim pueros habere te per libellum notificasti, non est irrationabile, ut concedamus filiorum educatione remitti tibi munera.* L. 5, §. 2. *In excusationibus propter aetatem spectandæ consuetudines.*

Eos qui cujuscunque sexûs liberos quinque habeant, impetratâ semel vacatione potiri convenit. L. ult. C. de his qui num. lib.

VII.

Nepotes loco parentum succedentes, vice eorum prodesse consueverunt. Ideoque si quinque numerus liberorum ex amissorum filiorum nepotibus superpletur, à muneribus personalibus, is quem patrem tuum esse dicis, juxta constituta excusatur. L. 3. C. de his qui num. liber. *Liberorum numerum implent nepotes ex præmortuis.*

d Sed plures nepotes unius dumtaxat filii vice funguntur.

VIII.

Quibusdam collegiis vel corporibus, quibus jus coëundi lege permissum est, immunitas tribuitur: scilicet eis collegiis vel corporibus, in quibus artificii sui causâ unusquisque adsumitur: ut fabrorum corpus est, & si qua eamdem rationem originis habent, id est, idcirco instituta sunt, ut necessariam operam publicis utilitatibus exhiberent. L. 5, §. 12. *Quibusdam corporibus concessæ immunitates.*

IX.

Qui publici muneris vacationem habet, si aliquem honorem susceperit, ob id quod patriæ suæ utilitatibus cesserit, vel gloriæ cupiditate paulisper jus publicum amittit. *Privilegium non amittit qui subit muneribus.*

e Vide n. 3.

blicum

ius à quo erat immunitas. blicum relaxaverit, competens privilegium non amittit L. 2. C. de his qui spont. mun. sub.

## X.

Clerici à muneribus personalibus sunt immunes. Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, atque Exorcistas & Lectores, Ostiarios & Acolitos etiam personalium munerum expertes esse præcipimus. L. 6. C. de Episcop. & Clericis.

f Qui non sunt in sacris, eâ lege immunes sunt tantummodo ut Ecclesiæ inserviant

## TITULUS VII.

## De legationibus.

## I.

Legati etiam hostium pro sanctis habendi. SI quis legatum hostium pulsasset, contra jus gentium id commissum esse existimatur: quia sancti habentur legati. Et ideò, si cum legati apud nos essent gentis alicujus bellum cum eis indictum sit, responsum est, liberos eos manere: id enim juri gentium convenit esse. L. ult.

## TITULUS VIII.

## De administratione rerum ad civitates pertinentium.

## I.

Qui rem publicam administrant, per subjectas personas exercere prohibentur quæ ipsis prohibita sunt. Quid quis suo nomine exercere prohibetur, id nec per subjectam personam agere debet. Et ideò, si decurio subjectis aliorum nominibus prædia publica locat, quæ decurionibus conducere non licet, secundo legem usurpata revocentur. L. 2, §. 1.

a Lege conducit, vel colat, ut Fornerius, 2. 9.

## II.

Fidejussor conductoris vestigialis in universam conductionem, & in usuras fidejussor. Qui fidejusserint pro conductore vestigialis in universam conductionem, in usuras quoque in jure conveniuntur, nisi propriè quid in personâ eorum verbis obligationis expressum est. L. 2, §. 12.

b V. § 4. Locati. L. 88. De verborum obligationibus. L. 68. De in usuras fidejussor.

## III.

Prior con. venit qui gessit. Curatores communis officii, divisâ pecuniâ, quam omnibus in solidum publicè dari placuit, periculo vice mutuâ non liberantur. Prior tamen exemplo tutorum conveniendus est is qui gessit. L. 3. l. 1 & l. 2. C. quo quisque ord. conv.

## IV.

Legatum municipio potest causâ cognitâ in alia converti quam quæ voluit testator. Legatam municipio pecuniam in aliam rem, quam defunctus voluit convertere citra Principis auctoritatem non licet. Et ideò, si unum opus fieri jusserit, quod falcidiæ legis interventu fieri non potest, permittitur summam quæ eo nomine debetur, in id quod maximè necessarium Reipublicæ videatur, convertere. L. 4. V. n. seq.

c V. L. 16. De usufructu legato.

## V.

Potius reficienda vetera quam nova instituenda. Pecuniam, quæ in operâ novâ legata est, potius in tutelam eorum operum, quæ sunt, convertendam, quam ad inchoandum opus erogandam, Divus Pius rescripsit; scilicet si satis operum civitas habeat & non facillè, ad reficienda ea, pecunia inveniatur. L. ult. ff. de oper. publ. V. n. super.

## VI.

Diligentiam præstant qui Rempublicam administrant. Magistratus Reipublicæ non dolum solummodo, sed & latam negligentiam, & hoc amplius etiâ diligentiam debent. L. 6.

## VII.

Non præcribitur ad versum errorem calculi. Calculi erroris retractatio etiam post decennii aut vicennii tempora admittetur. d. L. 8.

d Quid sit error calculi. V. L. 1, §. 1. Quæ sententiæ sine appellatione. V. L. 1. C. De errore calculi. Quid de tricennio? Distinguo, si patet errorem calculi fuisse cognitum vel incognitum. ff. l. y a un Arrêt contre la prescription de 30 ans.

Tome II.

## VIII.

Imperatores Antoninus & Verus rescripserunt, pecunia e, quæ apud curatores remansit, usuras exigendas: ejus verò, quæ à redemptoribus operum exigi non potest, sortis dumtaxat periculum ad curatores pertinere, apud eum remansit, non etiam quam debuit exigere.

e V. De jure fisci. n. 16.

f V. L. 17, §. ult. Ad municipalem.

Imperatores Antoninus & Verus rescripserunt, eum qui pecuniam publicam magistratûs sui tempore, & post non paucò tempore detinuerat, usuras etiam præstare debere, nisi si quid allegare possit, quâ ex causâ tardius intulisset. L. 9, §. ult.

## TITULUS IX.

## De Decretis ab ordine faciendis.

## I.

Illa decreta, quæ non legitimo numero decurionum coacto facta sunt, non valent a. L. 2.

Irritum quod decernitur non coacto legitimo numero.

a L. 19. Ad municipalem. La Loi 3 dit: Lege autem municipali cavetur ut ordo non aliter habeatur quàm duobus partibus adhibitis. La Loi 4 dit: Ambitiosa decreta decurionum rescindi debent, siue aliquem debitorem dimiserint, siue largiti sunt.

## TITULUS X.

## De operibus publicis.

## I.

Curam operis aquæductûs in alio jam munere constitutus postea suscepit: præposterè visus est peccare exonerari priore munere utriusque jam implicitus: quando, si alterum tantum eum sustinere oportuisset, ante probabiliùs impetrasset propter prius munus à sequenti excusationem. L. 1, §. 1.

Qui duo munera sponte suscepit à neutro excusabitur propter alterum.

## II.

Ne ejus nomine, cujus liberalitate opus extructum est, eraso, aliorum nomina inscribantur, & propterea revocentur similes civium in patrias liberalitates, Præses Provinciæ auctoritatem suam interponat. L. 2, §. 2.

Ne eradantur inscriptiones eorum qui meriti sunt.

## III.

Quibus operum publicorum extructio credita est, si quid vitii intra quindecim annos a opere perfecto evaserit, tenebuntur & eorum hæredes. L. 8. C. de oper. publ.

Operis publici vitia conductoribus imputantur, intra certum tempus.

a A Paris dix ans pour les Particuliers.

## IV.

An in totum ex ruinâ domûs licuerit non eandem faciem in civitate restituere, sed in hortum convertere: & an hoc consensu tunc magistratuum non prohibentium, item vicinorum factum sit, Præses probatis his quæ in oppido frequenter in eodem genere controversiarum servata sunt, causâ cognitâ statuet. L. 3. C. de ædif. priv.

Ædificatorum modus ne aspectus deformetur.

## V.

Si cui loci proprietas ædificandi juxta publicas ædes animum dederit, is quindecim pedum spatio interjecto b inter publica ac privata ædificia, ita sibi novum fabricandum, ut tali intervallo & publicæ ædes à periculo vindicentur, & privatus ædificator velut perperam fabricato loco destructionis, quandoque futuræ non timeat detrimentum. L. 9. C. de ædif. priv.

Servandum certum spatium inter ædificia non privata & publica.

b V. L. ult. Finium regundorum.

ff

TITULUS XI.

De nundinis.

I.

Cessat in nundinis exactio privati debiti. Qui ad nundinas a concurrerunt, non possunt pro debitis privatis inquietari. L. un. C. de nund. & merc. b.

a Privileges des Foires. b. La Loi 1 au Digeste dit: Nundinis impetratis a principe, non utendo qui meruit, decennii tempore usum amittit.

TITULUS XII.

De pollicitationibus.

I.

Inter liberos nepotem quoque ex filia contineri Divus Pius rescripsit. L. ult. a.

a L. 48. 116. 120. 220. De verborum significatione.

TITULUS XIII.

De extraordinariis cognitionibus, & si iudex liem suam fecisse diceretur\*.

\* L. 15 & 16 De Judiciis.

I.

Quaedam honeste accipiuntur, honestanda, dum in iudicio honor petitur, qui in ingressu a sacramenti efferri debuit: quedam enim tamen honeste accipiuntur, inhoneste tamen petuntur. L. 1, §. 5.

a. L. 36 §. 1 Locati, id est, in antecessum. b. Verbi gratia in epa, L. 43, §. 9. De factis; item honorarium advocatorum.

Divus Antoninus Pius rescripsit, juris studiosos qui salaria petebant, hæc exigere posse. L. 4.

II.

Honorarii In honorariis advocatorum ita versari iudex debet, ut pro modo litis c, pro iure advocati facundia & fori consuetudine, & iudicii d, in quo erat acturus, æstimationem adhibeat: dummodo licitum honorarium quantitas non egrediatur L. 1, §. 10.

c Avocat. d L. 38, §. 1. Locati.

Licita autem quantitas intelligitur pro singulis causis usque ad centum aureos, e d. L. §. 12. in f.

e L. § 13 dit: Divus Severus ab hæredibus advocati mortuo eo prohibuit mercedem reperi; quia per ipsum non steterat quominus causam ageret V. L. 38. §. 1. Locati. l. ult. C. De conditione ob causam datâ.

III.

Restituitur qui medico cogenti sua vendidit. Si medicus, cui curandos suos oculos, qui eis laborabat, commiserat f, periculum amittendorum eorum per adversa medicamenta inferendo, compulit, ut ei possessiones suas contra fidem bonam æger venderet, incivile factum Præses provinciæ coerceat, remque restitui jubeat. L. 3.

f V. l'art. 276. de la Coutume de Paris.

IV.

Cognitionum genera quatuor; de muneribus, de re pecuniaria, de existimatione alicujus cognoscitur, aut de capitali existimatio crimine quaeritur. L. 5.

V.

Existimatio Existimatio est dignitatis inlesæ status, legibus ac

moribus comprobatus, qui ex delicto nostro auctori- est dignitate legum aut minuitur, aut confumitur. L. 5, §. 1. titis illasæ status.

VI.

Minuitur existimatio, quoties circa statum dignitatis pœnâ plectimur: sicuti cum relegatur quis, vel cum ordine movetur, vel cum prohibetur honoribus publicis fungi, vel cum plebeius fustibus cæditur, vel in opus publicum datur, vel cum in eam causam quis incidit, quæ edicto perpetuo infamiæ causâ enumeratur. L. 5, §. 2.

VII.

Confumitur vero, (existimatio) quoties magna capitis minutio intervenit: veluti cum aquâ & igni interdicitur g. L. §. 3.

g. Solus Callistratus dixit magnam aut maximam capitis diminutionem fieri per aquæ & ignis interdictionem. Cujacius 3. ob. 10.

TITULUS XIV.

De proxenetis.

I.

Proxenetica jure a licito petuntur. L. 1.

a Sur les Courtiers, voyez la Coutume de Bayonne.

Licita sunt proxenetica.

II.

Si proxeneta intervenerit faciendi nominis, ut multi solent, videamus, an possit quasi mandator teneri. Et non puto teneri, quia hic monstrat magis nomen, quàm mandat, tamen si laudet nomen. Idem dico, & si aliquid philanthropi nomine acceperit, nec ex locato conducto erit actio. Planè si dolo & calliditate creditorem circumvenerit, de dolo actione tenebitur L. 2.

Nominis proxeneta non tenetur mandati, sed de dolo, si dolus intervenit.

III.

De Proxenetico, quod & sordidum, solent præfides cognoscere: sic tamen ut in his modis esse debeant, & quantitatis, & negotii, in quo operulâ istâ defuncti sunt, ministerium quale quale accommodaverunt. L. 2.

Proxenetica pro modo operæ & negotii.

Ex proxenatarum modus, qui emptionibus, venditionibus commerciis, contractibus licitis utiles non idèò improbabili more se exhibent. L. 3. in fin.

Proxenetarum usus utilis in commerciis

TITULUS XV.

De Censibus.

I.

Personis data immunitas cum personâ extinguitur a: rebus numquam extinguitur. L. 3. in f. L. 4, §. 3.

Immunitas personæ cum eâ extinguitur, fundi nunquam.

a. L. 196. De regulis juris.

II.

Formâ censuali cavetur, ut agri sic in censum referantur, nomen fundi cujusque, & in quâ civitate, & quo pago sit, & quos duos vicinos proximos b habeat. L. 4. quot jugerum sit. D. 1.

b Les tenants & les aboutissants.

Censetur ager nomine, situ, limitibus, jugeribus.

III.

Illam æquitatem debet admittere censitor, ut officio ejus congruat, relevari eum qui in publicis tabulis delaro modo frui certis ex causis non possit. Quare, & si agri portio chasmate perierit, debet per censitorem relevari. Si vites mortuæ sunt, vel arbores aruerint c, iniquum eum numerum inferi censui. L. 4. §. 1.

Si deterior fiat ager, minuitur census.

c Secus propter vetustam vinearum L. 15. §. 5. Locati.

IV.

Is verò qui agrum in aliâ civitate habet, in eâ civitate profiteri debet, in quâ ager est. Agri enim tri-

Ibi censetur ager, ubi situs est.

butum in eam civitatem debet levare, in cujus territorio possidetur. L. 4, §. 2.

V.

Lacus quoque piscatorius & portus in censum dominus debet deferre. Salinae si quae sunt in praediis, & ipsae in censum deferendae sunt. L. 4, §. 6 & 7.

VI.

Cum possessor unus expediendi negotii causa tributorum jure conveniretur, adversus ceteros, quorum aequae praedia tenentur, ei qui conventus est, actiones a fisco praestantur: scilicet ut omnes pro modo praediorum pecuniam tributi conferant. Nec inutiliter actiones praestantur, tametsi fiscus pecuniam suam recuperaverit: quia nominum venditorum pretium acceptum videtur d. L. 5, e.

d Contra in L. Modestinus 76. De solutionibus. Actiones non possunt ex intervallo cedi, utpote extinctae. Verum Cujacius ad L. L. lib. 19. respons. Pap. ait convenisse in solvendo, ut actiones cederentur, quod quidem est omnino divinatorium: nam ista lex contrarium prorsus innuit. Cujacius quatuor alia fisci privilegia enumerat hic, quae ratione tributorum tantum competunt. Primum est, ut fisco tributa persequenti compensatio opponi non possit. Secundum, ut in causa tributorum servi totaqueantur adversus dominos. Tertium, ut universa bona possessoris tributorum nomine tacite obligata sint, alias fiscus non habet hypothecam nisi ex suis contractibus. Quartum, ut fiscus possit prius agere hypothecaria actione in tributis quam principali, cum alias non possit. Postremum, ut secundum hanc legem §. Si in uno vico vel territorio plures sint praediorum possessores, fiscus possit unum convenire pro omnibus expediendi negotii tributorum causa, ne distringatur in plures, salvo regressu ejus qui solvit contra ceteros.

e V. L. 57, in fine. De legatis 1<sup>o</sup>.

## TITULUS XVI.

### De verborum significatione.

I.

Creditorum appellatione non hi tantum accipiuntur qui pecuniam crediderunt: sed omnes quibus ex qualibet causa debetur. L. 11.

Sed et si ex delicto debeatur, mihi videtur posse creditoris loco accipi. L. 12.

II.

Minus solvit, qui tardius solvit: nam & tempore minus solvitur. L. 12, §. 1.

III.

Plerumque plus est in manus pretio, quam in re. L. 13, §. 1, in fin.

IV.

Rem amisisse videtur, qui adversus nullum ejus persequendae actionem habet. L. 14, §. 1.

V.

Bona civitatis abusive publica dicta sunt. Sola enim ea publica sunt, quae populi Romani sunt. L. 15, a.

a V. L. 26, §. 9. Ex quibus causis majores. L. 38, §. 1. De rebus auctoritate judicis. L. 16, ibid.

VI.

Princeps bona concedendo videtur etiam obligationes concedere. L. 21.

VII.

Nihil est aliud hereditas, quam successio in universum jus quod defunctus habuit. L. 24. V. inf. de reg. jur. n. 51.

VIII.

Recte dicimus, eum fundum totum nostrum esse, etiam cum ususfructus alienus est: quia ususfructus non domini pars, sed servitutis sit, ut via & iter. Nec falsum dici totum meum esse, cujus non potest ulla pars dici alterius esse. L. 25.

IX.

Quintus Mucius ait: partis appellatione rem pro indiviso significari; nam quod pro diviso nostrum sit, id non partem, sed totum esse. Servius non ineleganter partis appellatione utrumque significari. L. 25, §. 1.

X.

Qui occasione acquirendi non utitur, non intelligitur.

Tome II,

tur alienare: veluti qui hereditatem omittit, aut optionem intra certum tempus datum non amplectitur. L. 28. V. inf. de reg. jur. n. 95.

XI.

Conjunctionem nonnunquam pro disjunctione accipi. Labeo ait: ut in illa stipulatione, mihi haeredique meo, te haeredemque tutum. L. 29.

Saepe ita comparatum est, ut conjuncta pro disjunctionis accipiantur, & disjuncta pro conjunctis, interdum soluta pro separatis. L. 53.

Cum dicimus, quod dedi, aut donavi, utraque continemus. Cum vero dicimus, quod eum dare, facere oportet quodvis eorum sufficit probare D. l.

XII.

Bona intelliguntur cujusque, quae deducto aere alieno supersunt. L. 39, §. 1.

XIII.

Familiae appellatione liberi quoque continentur. L. 40, §. 2.

XIV.

Verbo viduus continentur quae esui, potuique, cultuique corporis, quaeque ad vivendum nomini necessaria sunt: vestem quoque victus habere vicem Labeo ait. Et caetera, quibus tuendi, curandive corporis nostri gratia utimur, ea appellatione significantur. L. 43 & 44.

Verbum vivere quidam putant ad cibum pertinere. Sed Ofilius ad Atticum ait, his verbis & vestimenta & stramenta contineri: sine his enim vivere neminem posse. L. 234, §. 2.

XV.

Matrem familias accipere debemus eam, quae non inhoneste vixit. Matrem enim familias a caeteris foeminae mores discernunt atque separant. Proinde nihil intererit, nupta sit, an vidua; nam neque nupta, neque natales faciunt matrem familias, sed boni mores. L. 46, §. 1.

XVI.

Liberationis verbum eandem vim habet, quam solutionis. L. 47.

XVII.

In bonis nostris computari sciendum est, non solum quae domini nostri sunt, sed & si bona fide a nobis possideantur, vel superficiaria sint. Aequum bonis adnumerabitur etiam si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus. Nam haec omnia in bonis esse videntur. L. 49.

XVIII.

Item dubitatum est illa verba, ope, consilio, quemadmodum accipienda sunt, sententiae conjunctionum, aut separantium? Sed verius est, quod & Labeo ait, separatim accipienda: quia illud factum est ejus, qui consilio facit. L. 53, §. 1.

XIX.

Nemo ope videtur fecisse, nisi & consilium malignum habuerit: nec consilium habuisse nocet, nisi & factum secutum fuerit. D. §.

XX.

Conditionales creditores dicuntur, & hi quibus nondum competit actio, est autem competitura: vel qui spem habent ut competat. L. 54.

XXI.

Creditor autem is est, qui exceptione perpetua summoveeri non potest: qui autem temporalem exceptionem timet, similis est conditionali creditori. L. 55.

XXII.

Liberorum appellatione continentur non tantum qui sunt in potestate, sed omnes qui sui juris sunt, sive virilis, sive foeminae sexus sunt, exve foeminae sexus descendentes. L. 56, §. 1.

XXIII.

Intestatus est, non tantum qui testamentum non fecit, sed etiam cujus ex testamento hereditas adita non est. L. 64.

XXIV.

Heredis appellatio non solum ad proximum ha-

nat qui conditionem acquirendi omittit.

Interdum conjunctio disjungit, & contra.

Bona intelliguntur deducto aere alieno.

Familia liberos continet.

Victus vestitum continet & vitae necessaria.

Matrem familias nec nupta faciunt, nec natales, sed boni mores.

Par solutio ni liberatio.

Bona sunt quae domini nostri sunt, quae bona fide possidemus & quorum habemus petitionem.

Aliud ope juvare, aliud consilio.

Consilium non nocet, factum non secuto.

Creditor conditionalis nondum actionem habet, sed spem.

Creditoris est qui exceptione perpetua sum-

movetur: qui temporali similis est creditori conditionali.

Liberi sunt omnes filii & nepotes etiam ex foeminae.

Intestatus est qui non ex testamento hereditatem accepit.

Heredis appellatio non solum ad proximum ha-

*redes, hære-* redem, sed & ad ultiores refertur: nam & hære-  
*dis locofunt.* dis hæres, & deinceps, hæredis appellatione conti-  
netur. L. 65.

Sciendum est hæredem etiam per multas successio-  
nes accipi. L. 70. V. *inf. de reg. jur.* n. 158.

## XXV.

*Restitutio* Restituere is videtur, qui id restituit quod habi-  
*omnia conti-* turus esset actor, si controversia ei facta non esset. L.  
*net quæ ha-* 75. V. *inf. n. ult.*

## XXVI.

*Restitutio* Interdum proprietatem quoque verbum possessionis  
*omnia conti-* significat; sicut in eo, qui possessiones suas legasset,  
*net quæ ha-* responsum est. L. 78.

## XXVII.

*Restitutio* Impensæ necessariæ sunt, quæ si factæ non sint, res  
*omnia conti-* aut peritura, aut deterior futura sit. L. 79.

## XXVIII.

*Restitutio* Utiles impensas esse Fulcinius ait, quæ meliorem  
*omnia conti-* dotem faciant, non deteriore esse non sinant: ex  
*net quæ ha-* quibus reditus mulieri adquiratur, sicut arbuti parti-  
*biturus erat* natione ultra quàm necesse fuerat; quorum nomine  
*actor.* onerari mulierem ignorantem, vel invitam, non oportet;  
ne cogatur fundo carere. In his impensis & pris-  
tinum, & horreum insulæ dotali adjectum, plerum-  
que dicemus. L. 79, §. 1.

## XXIX.

*Restitutio* Voluptariæ sunt, quæ speciem duntaxat ornant,  
*omnia conti-* non etiam fructum augent: ut sunt viridia, & aquæ  
*net quæ ha-* salientes, incrustationes, loticationes, picturæ. L.  
*biturus erat* 79, §. 2.

## XXX.

*Restitutio* Neratius priscus tres facere existimat collegium. Et  
*omnia conti-* hoc magis sequendum est L. 85.

## XXXI.

*Restitutio* Litus est, quo usque maximus fructus à mari per-  
*omnia conti-* venit. L. 96.  
*net quæ ha-* Quà maximè fluctus exæstuat. L. 112. l. 3, §. 1,  
*biturus erat* *de fluminibus.*

## XXXII.

*Restitutio* Derogatur legi, aut abrogatur. Derogatur legi,  
*omnia conti-* cum pars detrahitur; abrogatur legi, cum prorsus  
*net quæ ha-* tollitur. L. 102.

## XXXIII.

*Restitutio* Debitor intelligatur is, à quo invito exigi pecu-  
*omnia conti-* nia potest. L. 108.

## XXXIV.

*Restitutio* Bonæ fidei emptor esse videtur, qui ignoravit eam  
*omnia conti-* rem alienam esse; aut putavit eum, qui vendidit, jus  
*net quæ ha-* vendendi habere, putà procuratorem, aut tutorem  
*biturus erat* esse. L. 109.

## XXXV.

*Restitutio* Sequester dicitur, apud quem plures eandem rem,  
*omnia conti-* de quâ controversia est, deposuerunt dictus ab eo:  
*net quæ ha-* quod occurrenti, aut quasi sequenti eos, qui conten-  
*biturus erat* dunt, committitur. L. 110.

## XXXVI.

*Restitutio* Qui mortui nascuntur, neque nati, neque pro-  
*omnia conti-* liberi, qui creati videntur: quia nunquam liberi appellari po-  
*net quæ ha-* tuerunt. L. 129.

## XXXVII.

*Restitutio* Inter multam & pœnam multum interest: cum  
*omnia conti-* pœna generale sit nomen, omnium delictorum coër-  
*net quæ ha-* citio: multa, specialis peccati, cujus animadversio  
*biturus erat* hodie pecuniaria est. L. 131, §. 1.

## XXXVIII.

*Restitutio* Anniculus non statim ut natus est, sed trecentesi-  
*omnia conti-* mo sexagesimo quinto die dicitur, incipiente planè,  
*net quæ ha-* non exacto die: quia annum civiliter, non ad mo-  
*biturus erat* menta temporum, sed ad dies numeramus. L. 134.  
V. l. 5, ff. *qui testam. fac. poss.* l. 8, ff. *de muner. &*  
*causis.* honor. l. 1, in f. *de manum.* l. 2, ff. *de excus. l. un. c.*  
Huc refe-  
*rendæ leges* qui ætate l. 3, §. 3, ff. *de minor.*

## XXXIX.

*Restitutio* Quæret aliquis si portentosum, vel monstrosum, vel  
*omnia conti-* debile mulier ediderit, vel qualem visu, vel vagitu no-  
*net quæ ha-* vum, non humanæ figuræ, sed alterius magis animalis,  
*biturus erat* quàm hominis partum: an quia enixa est, prodesse ei  
prodest.

debeat? & magis est, ut hæc quoque parentibus pro-  
fint. Nec enim est, quod eis imputetur, quæ quali-  
ter potuerunt, statutis obtemperaverunt: neque id,  
quod fataliter accessit, matri damnum injungere de-  
bet. L. 135. V. *de statu hom.* l. 14.

## XL.

Cepisse quis intelligitur, quamvis alii adquisit. L. 140.

## XLI.

Triplici modo conjunctio intelligitur. Aut enim  
re per se conjunctio contingit, aut re & verbis, aut  
verbis tantum. L. 142.

## XLII.

Id apud se quis habere videtur, de quo habet actio-  
nem. Habetur enim, quod peti potest. L. 143. V.  
*infr. de reg. jur.* L. 15.

## XLIII.

Non est sine liberis, cui vel unus filius, unave filia  
est. Hæc enim enunciatio, *habet liberos*, (non *habet*  
*liberos*,) semper plurativo numero profertur. L. 148.

Nam quem sine liberis esse dicere non possumus,  
nunc necesse est dicamus liberos habere. L. 149.

## XLIV.

Delata hæreditas intelligitur, quam quis possit  
adeundo consequi. L. 151.

## XLV.

Hominis appellatione tam fœminam quàm mascu-  
lum contineri, non dubitatur. L. 152.

## XLVI.

Intelligendus est mortis tempore fuisse, qui in  
utero relictus est. L. 153.

## XLVII.

Partitionis nomen non semper dimidium significat  
sed prout est adjectum. Potest enim juberi aliquis, &  
maximam partiri posse & vicissimam, & tertiam, &  
prout libuerit: sed si non fuerit portio adjecta, dimi-  
diã pars debetur. L. 164, §. 1, l. 43 *de usufructu.*

## XLVIII.

Hæreditas juris non est, quod & accessionem &  
decessionem in se recipit. Hæreditas autem vel maximè  
fructibus augetur. L. 178, §. 1.

## XLIX.

Verbum *exactæ pecuniæ* non solum ad solutionem  
referendum est, verum etiam ad delegationem. L. 187.

## L.

Jure proprio familiam dicimus, plures personas,  
quæ sunt sub unius potestate, aut naturâ, aut jure  
subjectæ, ut putà patremfamilias, matremfamilias,  
filiumfamilias, filiamfamilias; quique deinceps vicem  
eorum sequuntur, ut putà nepotes, & neptes, & deinceps.  
L. 195, §. 2.

## LI.

Paterfamilias appellatur, qui in domo dominium  
habet. Rectèque hoc nomine appellatur, quamvis filium  
non habeat: non enim solum personam ejus, sed & jus  
demonstramus. Denique & pupillum patremfamilias  
appellamus. L. 195, §. 2.

## LII.

Cum paterfamilias moritur, quotquot capita ei sub-  
jecta fuerint, singulas familias incipiunt habere: sin-  
guli enim patrumfamiliarum nomen subeunt. Idem-  
que eveniet, & in eo qui emancipatus est; nam &  
hîc sui juris effectus, propriam familiam habet. L. 195, §. 2.

## LIII.

Communi jure familiam dicimus omnium agnato-  
rum: nam etsi patrefamilias mortuo singuli singulas  
familias habent, tamen omnes qui sub unius potestate  
fuerunt, rectè ejusdem familiæ appellabuntur, qui ex  
eâdem domo & gente prodire sunt. L. 195, §. 2, in f. &  
ab uno  
genitore pro-  
diti sunt.

Appellatur familia plurimum personarum quæ ab  
ejusdem ultimi genitoris sanguine proficiuntur, si-  
cuti dicimus familiam Juliam, quasi à fonte quodam  
memoriæ. D. l. 195, §. 4.

## LIV.

Mulier familiæ suæ & caput, & finis est. L. 195, §. 2,  
*de jure immunitatis.*

*Capit etiam*  
*qui alii ac-*  
*quirunt.*

*Conjunctio*  
*fit aut re,*  
*aut re & ver-*  
*bis, aut ver-*  
*bis tantum.*

*Id quid*  
*habere dicitur,*  
*de quo*  
*habet actio-*  
*nem.*

*Liberos ha-*  
*bere dicitur,*  
*cui vel unus*  
*est.*

*Delata est*  
*hæreditas*  
*quæ adiri*  
*potest.*

*Verbum,*  
*homo; ad*  
*utrumque se-*  
*xum perti-*  
*net.*

*Is moriens*  
*liberos habet*  
*qui prænan-*  
*tem relinquit*  
*uxorem.*

*Partitio-*  
*nis nomen,*  
*parte non ad-*  
*jectâ, de di-*  
*midia intel-*  
*ligitur.*

*Hæredita-*  
*tas & minui*  
*tur & auge-*  
*tur.*

*Pro solu-*  
*tione est de-*  
*legatio.*

*Familiam*  
*dicimus plu-*  
*res personas*  
*uni subjec-*  
*tas.*

*Pater fa-*  
*miliæ est do-*  
*minus do-*  
*mus, licet*  
*pater non sit*

*Quot ca-*  
*pita filiorum*  
*qui patriâ*  
*potestate li-*  
*berati sunt*  
*tot patres fa-*  
*miliæ.*

*Ejusdem*  
*familiæ*  
*etiam dicitur*  
*qui ex*  
*eâdem domo*  
*& ab uno*  
*genitore pro-*  
*diti sunt.*

*Mulier fa-*  
*miliæ finis*  
*& caput.*

Fœminarum liberos in familiâ earum non esse, palam est: quia qui nascuntur patris, non matris, familiam sequuntur. L. 196, §. 1.

LV.

In familiâ est familiæ appellatione & ipse Princeps familiæ continetur. L. 196.

LVI.

Ibi domus, ubi sedes & rerum summa habetur. Ea domus unicuique nostrum debet existimari, ubi quisque sedes & tabulas haberet, suarumque rerum constitutionem fecisset. L. 203.

LVII.

Bona non res singulas, sed univertem quandam ac jus successionis, & non singulares res demonstrat. L. 208.

LVIII.

Prævaricator qui causam adversam juvat. Prævaricatores eos appellamus, qui causam adversariis suis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt. L. 212.

LIX.

Debiti purè cessit dies & venit: conditionalis pendet. Cedere diem significat incipere deberi pecuniam: venire diem significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. Ubi purè quis stipulatus fuerit, & cessit, & venit dies. Ubi in diem, cessit dies, sed nondum venit: ubi sub conditione, neque cessit, neque venit dies pendente adhuc conditione. L. 213.

LX.

Lata culpa est non intelligere quod omnes intelligunt. L. 213, §. 2.

Lata culpæ finis est non intelligere id quod omnes intelligunt. L. 223.

LXI.

In patre potestas, in magistratu imperium. Potestatis verbo plura significantur: in personâ magistratum, imperium; in personâ liberorum, patria potestas. L. 215.

LXII.

\* Conventio. In \* conventibus contrahentium voluntatem potius quàm verba spectari placuit. Cum igitur eâ lege fundum vectigalem municipes locaverint, ut ad hæredem ejus qui suscepit, pertineret, jus hæredum ad legatarium quoque transferri potuit. L. 219.

LXIII.

Conjugii votum liberorum procreatio. Natura nos docet parentes pios, qui liberorum procreandorum animo & voto uxores ducunt: filiorum appellatione, omnes qui ex nobis descendunt, contineri. Nec enim dulciore nomine possumus nepotes nostros quàm filii appellare. L. 220, §. ult.

LXIV.

Amicos facit non levis notitia, sed honesta familiaritas. Amicos appellare debemus, non levi notitiâ conjunctos, sed quibus fuerint jura cum patrefamilias, honestis familiaritatis quæsitæ rationibus. L. 223, §. 1.

LXV.

Affinis negligentia culpa, culpa dolo. Magna negligentia, culpa est; magna culpa, dolo est. L. 226.

LXVI.

Qui in utero est aliis non prodest: si de eo agatur pro nato habetur. Quod dicimus eum, qui nasci speratur, pro superstitite esse, tunc verum est, cum de ipsius jure quæritur. Aliis autem non prodest, nisi natus. L. 231.

LXVII.

Pignus propriè in re mobili. Pignus propriè rei mobilis constituitur. L. 238, §. 2. in f.

LXVIII.

Munus publicum est officium privati hominis, ex quo commodum ad singulos universosque cives, remque eorum pervenit. L. 239, §. 3.

LXIX.

Territorium est universitas agrorum intra fines cuiusque civitatis. L. 239, §. 8.

LXX.

Suum est & quod commune est. Verbum suum ambiguum est, utrùm de toto, an de parte significet: & ideo qui jurat suum non esse adjicere debet, neque sibi communem esse. 239, §. ult.

LXXI.

Restituit qui rem præstat cum omni causâ. Restituit non tantum qui solum corpus, sed etiam qui omnem rem conditionemque redditâ causâ præstat, & tota restitutio juris est interpretatio. L. ult. §. 1.

## TITULUS XVII.

## De diversis regulis juris antiqui.

I.

Regula est, quæ rem, quæ est, breviter enarrat. Non ex regulâ jus sumatur: sed ex jure quod est, regula fiat: per regulam igitur brevis rerum narratio traditur, & (ut ait Sabinus) quasi causæ conjectio est. Quæ simul cum in aliquo vitiata est, perdit officium suum. L. 1.

II.

Fœminæ ab omnibus officiis civilibus, vel publicis remotæ sunt: & ideo nec judices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare. L. 2.

III.

Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris. L. 4.

IV.

Jura sanguinis nullo jure civili dirimi possunt. L. 8.

V.

Semper in obscuris, quod minimum est, sequimur. L. 9.

VI.

Secundum naturam est, commoda cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda. L. 10.

VII.

Id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest. L. 11.

VIII.

In testamentis plenius voluntates testantium interpretantur. L. 12.

IX.

In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præsentis die debetur. L. 14.

X.

Is qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur. L. 15. V. f. de verb. signif. L. 143.

XI.

Cum tempus in testamento adjicitur, credendum est pro hærede adjectum, nisi alia mens fuerit testatoris: sicut in stipulationibus promissoris gratiâ tempus adjicitur. L. 17.

XII.

Qui cum alio contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis ejus. Hæredi autem hoc imputari non potest, cum non sponte cum legatariis contrahit. L. 19.

XIII.

Non debet, cui plus licet, quod minus est non licere. L. 21.

XIV.

Generaliter probandum est, ubicumque in bonæ fidei judiciis confertur in arbitrium domini vel procuratoris ejus conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendum esse. L. 22, §. 1.

XV.

Contractus quidam dolum malum dumtaxat recipiunt; quidam & dolum, & culpam. Dolum tantum, depositum, & precarium. Dolum & culpam, mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum, item dotis datio, tutelæ, negotia gesta; in his quidem & diligentiam. Societas & rerum communio, & dolum & culpam recipit, sed hæc ita, nisi si quid nominatim convenit, vel plus vel minus in singulis contractibus. Nam hoc servabitur, quod initio convenit; legem enim contractus dedit. Excepto eo quod Celsus putat, non valere, si convenerit, ne dolum præstetur; hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium est, & ita utimur. Animalium verò casus, mortisque quæ sine culpâ accedunt, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo præstantur. L. 23.

**XVI.**  
*Quid inter- sit in facto est.* Quatenus cujus interfit, in facto, non jure consistit. L. 24.

**XVII.**  
*Tutius re cavetur, quam personâ.* Plus cautionis in re est, quàm in personâ. L. 25.

**XVIII.**  
*Inscio & absente possumus quod invito.* Qui potest invitis alienare, multò magis & ignorantibus & absentibus potest. L. 26.

**XIX.**  
*Juri publico pactis privatorum non derogatur.* Nec ex prætorio, nec ex solemnî jure, privatorum conventionem quicquam immutandum est. L. 27.  
 Privatorum conventio juri publico non derogat. L. 45, §. 1.

**XX.**  
*Naturæ contractuum per pacta derogatur.* Obligationum causæ pactioe possunt immutari. L. 27.

**XXI.**  
*Donator in id condemnatur quod facere potest.* Divus Pius rescripsit, eos, qui ex liberalitate conveniuntur, in id quod facere possunt condemnandos. L. 28.

**XXII.**  
*Vitiosa non convalescunt.* Quod initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere. L. 29.

**XXIII.**  
*Veritatem facta non mutant, nec infectum faciunt quod factum est.* Verum est, neque pacta, neque stipulationes factum posse tollere: quod enim impossibile est, neque pacto, neque stipulatione potest comprehendi, ut utilem actionem, aut factum efficere possit. L. 31.

**XXIV.**  
*Jus naturale neminem distinguit.* Quod ad jus naturale attinet, omnes homines æquales sunt. L. 32. in f.

**XXV.**  
*In lucro durior causa petitoris.* In eo, quod vel is qui petit, vel is à quo petitur, lucri facturus est, durior causa est petitoris. L. 33.  
 Cùm de lucro duorum quærat, melior est causa possidentis. L. 126, §. 2. V. inf. l. 98.

**XXVI.**  
*Vel quod actum, vel quod usitatum, vel quod minus est sequimur.* Semper in stipulationibus & in cæteris contractibus id sequimur, quod actum est. Aut, si non appareat quid actum est, erit consequens ut id sequamur quod in regione, in quâ actum est, frequentatur. Quid ergò, si neque regionis mos appareat, quia varius fuit? Ad id, quod minimum est; redigenda summa est. L. 34.

**XXVII.**  
*\* Quodque sic solvuntur quæque & intercedunt, ut & consistunt.* Nihil tam naturale est, quàm eo genere quidve dissolvere quo colligatum est. Ideo verborum obligatio verbis tollitur. Nudi consensûs obligatio contrario consensu dissolvitur. L. 35.  
 Omnia quæ jure contrahuntur, contrario jure pereunt. L. 100. V. inf. l. 153.

**XXVIII.**  
*Culpa est alienis se immiscere.* Culpa est, immiscere se rei ad se non pertinenti. L. 36.

**XXIX.**  
*Absolvere potest qui condemnare.* Nemo, qui condemnare potest, absolvere non potest. L. 37.

**XXX.**  
*Hæres ex delicto defuncti nec pœnam sentit, nec lucrum facit.* Sicuti pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debet, ita nec lucrum facere, si quid ex eâ re ad eum pervenisset. L. 38. V. inf. l. 44, V. l. 111, §. 1. l. 152.  
 Qui ne quid fiat impedit, pro facto habere debet. L. 157, §. 2. l. 164.

**XXXI.**  
*Nulla voluntas furiosus & prodigi.* In omnibus causis pro facto accipitur id, in quo per alium moræ fit quominus fiat. L. 39. V. inf. l. 161.

**XXXII.**  
*Par actoris & rei conditio.* Furiosi, velejus cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est. L. 40.

**XXXIII.**  
*In obscuro repetitioni favendum potius quam lucro.* Non debet actori licere, quod reo non permittitur. L. 41.

**XXXIV.**  
*Potest reus alienum factum ignorare, veluti hæres, &c.* In re obscurâ melius est favere repetitioni, quàm adventitio lucro. L. 41, §. 1.

**XXXV.**  
*Qui in alterius locum succedunt, justam habent causam ignorantia, an id, quod peteretur, debere.* Fidejussores quoque non minus quàm hæredes,

justam ignorantiam possunt allegare. Hæc ita de hærede fidejussor; dicta sunt, si cum eo agatur: non etiam si agat. Nam non idem in planè, qui agit certus esse debet, cùm sit in potestate actoris. ejus, quando velit, experiri: & ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere. L. 42.

**XXXVI.**  
*Qui negat se debere, potest & aliâ defensione uti.* Nemo, ex his qui negant se debere, prohibetur etiam aliâ defensione uti, nisi lex impedit. L. 43.

**XXXVII.**  
*Et si nihil pervenit, jure canonico quod sequimur, tenetur hæres pervenit.* Toties in hæredem damus de eo quod ad eum pervenit, quotiens ex dolo defuncti convenitur, non quotiens ex suo. L. 44. V. l. 1. 38.

*V. 16. q. 6. c. 3, 12. q. 2. c. 34. c. 3. de pig. c. ult. de sepult. c. 5. de rapt.*

**XXXVIII.**  
*Sui non est emptio nec similis contractus.* Neque pignus, neque depositum, neque precarium, neque emptio, neque locatio rei suæ consistere potest. L. 45.

**XXXIX.**  
*Consilii non est obligatio nisi dolus adsit.* Consilii non fraudulentum nulla obligatio est. Cæterum si dolus & calliditas intercessit, de dolo actio competit. L. 47.

**XL.**  
*Socius socii, socius non est.* Socii mei socius, meus socius non est. L. 47, §. 1.

**XLI.**  
*Distingendum inter calorem iracundia, & animi judicium.* Quidquid in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quàm si perseverantiâ apparuit judicium animi fuisse. L. 48.

**XLII.**  
*Culpâ caret qui prohibere non potest.* Culpâ caret, qui scit, sed prohibere non potest. L. 50.

**XLIII.**  
*Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cùm prohibere non potest.* Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cùm prohibere non potest. L. 109.

**XLIV.**  
*Non videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alii restituere.* Non videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alii restituere. L. 51.

**XLV.**  
*Qui dat errans, repetit qui consulto, donat.* Cujus per errorem dati repetitio est, ejus consulto dati donatio est. L. 53.

**XLVI.**  
*Non transfertur quod non habetur.* Nemo plus juris ad aliam transferre potest, quàm ipse haberet. L. 54.

**XLVII.**  
*Non est dolus suo uti.* Nullus videtur dolo facere qui suo jure utitur. L. 55.

**XLVIII.**  
*In dubiis benigniora præferenda.* Semper in dubiis benigniora præferenda sunt. L. 56. V. inf. l. 168.

**XLIX.**  
*Defuncti jus habet hæres.* Hæredem ejusdem potestatis, jurisque esse cujus fuit defunctus, constat. L. 59. V. inf. l. 120.

**L.**  
*Qui ratum habuit, mandati tenetur.* Semper qui non prohibet pro se intervenire, mandare creditur. Sed & si quis ratum habuerit, quod gestum est, obstringitur mandati actione. L. 60. V. inf. l. 152, §. 2.

**LI.**  
*Suum restituere licet, dum alteri non fiat injuria.* Domum suam restituere unicuique licet, dum non officiat invito alteri, in quo jus non habet. L. 61.

**LII.**  
*Hæreditas est successio in universum jus quod defunctus habuerit.* Hæreditas nihil aliud est, quàm successio in universum jus quod defunctus habuerit. L. 62.

**LIII.**  
*Non spectantur in agendis quæ raro accidunt.* Ea quæ raro accidunt, non temerè in agendis negotiis computantur. L. 64. l. 6. Qui & à quibus manumitti liberi.

**LIV.**  
*In ambiguis quod rei aptius est sequimur.* Quoties idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum excipitur, quæ rei gerendæ aptior est. L. 67.

**LIV.**  
*Non quæ causæ sunt, quæ personæ, & ideo quædam ad hæredem transmittuntur, quæ causæ sunt: quæ personæ sunt, ad hæredem non transeunt.* In omnibus causis id observatur, ut, ubi personæ rei aptius est conditio locum facit beneficio, ibi deficiente eâ beneficium quoque deficiat. Ubi verò genus actionis id desiderat, ibi, ad quemvis persecutio ejus devenerit, non deficiat ratio auxilii. L. 68.

**LIV.**  
*Non quæ causæ sunt, quæ personæ, & ideo quædam ad hæredem transmittuntur, quæ causæ sunt: quæ personæ sunt, ad hæredem non transeunt.* Privilegia quædam causæ sunt, quædam personæ, & ideo quædam ad hæredem transmittuntur, quæ causæ sunt: quæ personæ sunt, ad hæredem non transeunt. L. 196.



LV.

*Non jura- tur invitus.* Invito beneficium non datur. L. 69.

LVI.

*Fructus rei est dare pignori.* Fructus rei est, vel pignori dare licere. L. 72.

LVII.

*Vis est, prohibitum clam faceret.* Vi factum id videtur esse, quâ de re quis cum prohibetur fecit. Clam, quod quisque cum controversiam haberet, habiturumve se putaret, fecit. L. 73, §. 2.

LVIII.

*Quæ in- telligi non possunt pro non scriptis habentur.* Quæ in testamento ita sunt scripta, ut intelligi non possunt, perinde sunt ac si scripta non essent. L. 73, §. 3.

LIX.

*Alteri ne- mo paci- sci- tur.* Nec paciscendo, nec legem dicendo, nec stipulan- do quisquam alteri cavere potest. L. 73, §. 4. V. inf. L. 123.

LX.

*Factum alterius ne- mini nocet.* Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. L. 74.

LXI.

*Non mu- tatur confi- lium in frau- dem alterius* Nemo potest mutare consilium suum in alterius in- juriam. L. 75.

LXII.

*Omnino in- telligen- dum quod ex consilio agi- tur.* In totum omnia, quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi verâ & certâ sententiâ perfici possunt. L. 79.

LXIII.

*In fraude spectandum quod aufer- tur.* Generaliter cum de fraude disputatur, non quid non habeat actor, sed quid per adversarium habere non potuerit, considerandum est. L. 78.

LXIV.

*In fraude sum eventu consilium de- sideratur.* Fraudis interpretatio semper in jure civili non ex eventu dumtaxat, sed consilio quoque desideratur. L. 79.

LXV.

*Generalia restringitur.* In toto jure generi per speciem derogatur: & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est. L. 80.

LXVI.

*Super ad- dita non no- cent.* Quæ dubitationis tollendæ causâ contractibus in- feruntur jus commune non lædunt. L. 81.

LXVII.

*Is donat qui potest non donare.* Donari videtur, quod nullo jure cogente, conce- ditur. L. 82.

LXVIII.

*Non nos- tranon amit- timus.* Non videntur rem amittere, quibus propria non fuit. L. 83.

LXIX.

*Qui rem individua- m dant in solu- tum amplius solvit, totum reperit, sed non libera- tur.* Cum amplius solutum est quam debebatur, cutum amplius jus pars non inventiur, quæ repeti possit, totum esse indebitum intelligitur, manente pristina obligatione. L. 84.

LXX.

*Naturâ debet qui aut suâ fide aut jure gen- tium obliga- tur.* Is naturâ debet, quem jure gentium dare oportet, & ejus fidem secuti sumus. L. 84, §. 1.

LXXI.

*In ambiguis pro- diti obligatur.* In ambiguis pro dotibus respondere melius est. L. 85.

LXXII.

*Doti fa- vendum.* Non est novum, ut quæ semel utiliter constituta sunt, durent, licet ille casus extiterit, à quo initium per interci- capere non potuerunt. L. 85, §. 1.

LXXIII.

*Unde incipere non potuerunt.* Quoties æquitate \* desiderii naturalis ratio, aut du- bitatio juris moratur, justis decretis res temperanda est. L. 85, §. 2.

*\* æquita- tem.* In omnibus quidem, maximè tamen in jure, æqui- tas spectanda sit. L. 90.

LXXIV.

*Spestanda.* Non solet deterior conditio fieri eorum qui litem contestati sunt, quam si non: sed plerumque melior. L. 86.

LXXV.

*Plerum- que melius est litem con- testari, quam non.* Nemo in persequendo deteriorem causam, sed me- liorem facit. Denique post litem contestatam hæredi quoque prospiceretur, & hæres tenetur ex omnibus causis. L. 87.

LXXVI.

*Nulla mora- ra ubi nulla petitio.* Nulla intelligitur mora tibi fieri, ubi nulla petitio est. L. 88.

LXXVII.

*Succes- sio testamen- taria legitime antepositur.* Quamdiù possit valere testamentum, tamdiù legiti- mus non admittitur. L. 89.

LXXVIII.

*Abundantia non vi- tiant.* Non solent, quæ abundant, vitare scripturas. L. 94.

LXXIX.

*In ambi- guo specta- da mens pro- ferentis.* In ambiguis orationibus maximè sententia spectan- da (est) ejus qui eas protulisset. L. 96. V. l. 33, ff. de contr. empt.

LXXX.

*Prior tem- pore potior etiam in lu- cro.* Quoties utriusque causa lucri ratio vertitur, is præ- ferendus est, cujus in lucrum causa tempore præce- dit. L. 98.

LXXXI.

*Inter fa- mosa judicâ summa non distinguit.* Si in duabus actionibus alibi summa major, alibi infamia est, præponenda est causa existimationis. Ubi autem æquiparant famosa judicia, & si summam im- parem habent, pro partibus accipienda sunt. L. 104.

LXXXII.

*Causæ co- munito judicem a- siderat.* Ubi cumque causæ cognitio est, ibi Prætor desidera- tur. L. 105.

LXXXIII.

*Ætatis & imprudentiæ ratio habetur in pœnis.* Ferè in omnibus pœnalibus judiciis, & ætati & im- prudentiæ succurritur. L. 108.

LXXXIV.

*Pluri inest minus, & to- ta pars.* In eo quod plus fit, semper inest minus. L. 110.

LXXXV.

*Actiones pœnales in hæredem non transeunt.* In toto & pars continetur. L. 113.

In hæredem non solent actiones transire, quæ pœ- nales sunt ex maleficio: velut furti, damni, injuriæ, vi bonorum raptorum, injuriarum. L. 111, §. 1. V. ff. l. 38 & l. 44.

LXXXVI.

*Inutilis ac- tio, quæ ex- ceptione a- eliditur.* Nihil interest, ipso jure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur. L. 112.

LXXXVII.

*In obscuris verisimilium & frequen- tius sequen- dum.* In obscuris inspicitur quod verisimilius est, aut quod plerumque fieri solet. L. 114.

LXXXVIII.

*Capit qui liberatur.* Si quis obligatione liberatus sit, potest videri ce- pisse. L. 115. Vide l. 50, de donationibus inter virum.

LXXXIX.

*Non capit qui stipula- tus exceptio- ne summove- tur.* Non potest videri accepisse, qui stipulatus potest exceptione summoverti. L. 115, §. 1.

XC.

*Contraria consensui vis atque metus.* Nihil consensui tam contrarium est, qui & bonæ fidei judicia sustinet, quam vis, atque metus, quem comprobare contra bonos mores est. L. 116.

XCI.

*Non capit qui jus sequitur.* Non capitur, qui jus publicum sequitur. L. 116, §. 1.

XCII.

*Errans non consentit.* Non videntur, qui errant, consentire. L. 116, §. 2.

XCIII.

*Omittens possessionem non alienat.* Non alienat, qui dumtaxat omittit possessionem. L. 119.

XCIV.

*D sunt jus in herede de non augen- tur.* Nemo plus commodi hæredi suo relinquit, quam ipse habuit. L. 120. V. ff. l. 59.

XCV.

*Pro aliis nemo agit.* Nemo alieno nomine lege agere potest. L. 123. V. ff. l. 73, §. 4.

XCVI.

*In litis inter duos melior causa possidentis.* Favorabiles rei potius, quam actores habentur. L. 125.

XCVII.

*Reo favenda.* Cum de lucro duorum queratur, melior est causa possidentis. L. 126, §. 2.

XCVIII.

*Possessor potior.* In pari causâ possessor potior haberi debet. L. 128. V. inf. l. 154.

XCIX.

*Non est dolo lus suum capi- esse.* Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit. L. 129.

**C.**  
*Ruit plerumque accessorium cum principali.* Cùm principalis causa non consistit, neea quidem, quæ sequuntur, locum habent. L. 129, §. 1.  
 Cùm principalis causa non consistat, plerumque ne ea quidem, quæ sequuntur, locum habent. L. 178.

**CI.**  
*Actionem actio concurrens non consumit.* Nunquam actiones, præsertim pœnales, de eadem re concurrentes, aliam consumit. L. 130.

**CII.**  
*Qui dolo defuit possidetur, pro possessore damnatur.* Qui dolo defuerit possidere, pro possidente damnatur, quia pro possessione dolus est. L. 131.  
 Parem esse conditionem oportet ejus qui quid possideat vel habeat, atque ejus cujus dolo malo factum sit quominus possideret, vel haberet. L. 150.

**CIII.**  
*Imperitia culpa est.* Imperitia culpæ adnumeratur. L. 132.  
**CIV.**  
*Non fraudatur creditor, qui non acquirit.* Non fraudantur creditores, cùm quid non acquiritur à debitore, sed cùm quid de bonis diminuitur. L. 134.

**CV.**  
*Nemo ex delicto proficere debet.* Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest. L. 134, §. 1.

**CVI.**  
*Impossibilia pro non adjectis habentur.* Ea quæ dari impossibilia sunt, vel quæ in rerum naturâ non sunt, pro non adjectis habentur. L. 135.

**CVII.**  
*Bona fides veritatis loco est.* Bona fides tantumdem possidenti præstat, quantum veritas, quoties lex impedimento non est. L. 136.

**CVIII.**  
*A iudice bona fide computatur.* Qui auctore iudice comparavit, bonæ fidei possessor est. L. 137.

**CIX.**  
*Hæres à mortis tempore censetur.* Omnis hæreditas, quamvis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur. L. 138.  
*Non augetur pœna ex post facto.* Omnia ferè jura hæredum perindè habentur, ac si continuò sub tempore mortis hæredes extitissent. L. 193.

**CX.**  
*Actiones inclusæ iudicio perpetuantur.* Nunquam crescit ex post facto præteriti delicti æstimatio. L. 138, §. 1.

**CXI.**  
*Perfectè nostrum non est quod ex casu auferri potest.* Omnes actiones, quæ morte, aut tempore pereunt, semel inclusæ iudicio, salvæ permanent. L. 139.

**CXII.**  
*Absentia Reipublicæ causa nec ab absentia nec alii damno est.* Non videtur perfectè cujusque id esse, quod ex casu auferri potest. L. 139, §. 1.

**CXIII.**  
*Contra rationem recepta non extenduntur.* Absentia ejus qui Reipublicæ causâ abest, neque ei, neque alii damnosa esse debet. L. 140.

**CXIV.**  
*Non sunt duo in solidum hæredes.* Quod contra rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentias. L. 141.

**CXV.**  
*Neque fatetur qui tacet neque negat.* Uni duo pro solido hæredes esse non possunt. L. 141, §. 1.

**CXVI.**  
*Successori obstat quod & auctori.* Qui tacet, non utique fatetur: sed tamen verum est eum non negare. L. 142.

**CXVII.**  
*Aliud licitum, aliud honestum.* Quod ipsis, qui contraxerunt, obstat, & successoribus eorum obstat. L. 143.

**CXVIII.**  
*Spektandum tempus contractus.* Non omne, quod licet, honestum est. L. 144.

**CXIX.**  
*Non fraudatur qui consentit.* In stipulationibus id tempus spectatur, quo contractus. L. 144, §. 1.

**CXX.**  
*Generi inest species.* Nemo videtur fraudare eos qui sciunt & consentiunt. L. 145.

**CXXI.**  
*Ex quo factum præsumamus.* Semper specialia generalibus insunt. L. 147.

**CXXII.**  
 Ex quâ personâ quis lucrum capit, ejus factum præstare debet. L. 149.

CXXIII.

Nemo damnum facit, nisi qui id fecit, quod facere jus non habet. L. 151.

Non videtur vim facere, qui jure suo utitur, & ordinariâ actione experitur. L. 155, §. 1.

CXXIV.

In maleficio rati habitio mandato comparatur. L. 152, §. 2.

CXXV.

In contractibus, quibus doli præstatio, vel bona fides inest, hæres in solidum tenetur. L. 152, §. 3. *V. l. 38, & l. 44.*

CXXVI.

Ferè quibuscumque modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur: cùm quibus modis acquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus. Ut igitur nulla possessio acquiri nisi animo & corpore potest, ita nulla admittitur, nisi in quâ utrumque in contrarium actum. L. 153.

CXXVII.

Cùm par est delictorum duorum, semper oneratur petitor, & melior habetur possessoris causa: sicut fit, cùm de dolo excipitur petitoris: neque enim datur talis replicatio petitori, aut si rei quoque in eâ re dolo actum sit. L. 154.

CXXVIII.

Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipsam non incidit. L. 154, §. 1.

CXXIX.

Factum cuique suum, non adversario, nocere debet. L. 155.

CXXX.

In pœnalibus causis benignius interpretandum est. L. 155, §. 2.

CXXXI.

Cui damus actiones, eidem & exceptionem competere multò magis quis dixerit. L. 156, §. 1.

CXXXII.

Cùm quis in alii \* locum successerit, non est æquum ei nocere hoc, quod adversus eum nocuit, cujus locum successit. L. 156, §. 2.

CXXXIII.

Plerumque emptoris eadem causæ esse debet circa petendum ac defendendum, quæ fuit auctoris. L. 156, §. 3.

CXXXIV.

Quod cuique (pro eo) præstat, invito non tribuitur. L. 156, §. ult.

CXXXV.

In contractibus successores ex dolo eorum (quibus) successerunt, non tantum in id quod pervenit, verum etiam in solidum tenentur: hoc est, unusquisque pro eâ parte, quâ hæres est. L. 157, §. 2. *V. l. 38, & l. 44.*

CXXXVI.

Creditor, qui permittit rem venire, pignus demittit. L. 158.

CXXXVII.

Non ut ex pluribus causis deberi nobis idem potest, ita ex pluribus causis idem possit nostrum esse. L. 159.

CXXXVIII.

Aliud est vendere, aliud vendenti consentire. L. 160.

CXXXIX.

Refertur ad universos, quod publicè fit, per majorem partem. L. 160, §. 1.

CXL.

Jure civili receptum est, quoties per eum, cujus interest, conditionem non impleri, fiat quominus impleatur, perinde haberi, ac si conditio impleta fuisset. Quod ad libertatem, & legata, & ad hæredum institutiones perducitur: quibus exemplis stipulationes quoque committuntur, cùm per promissorem factum esset, quominus stipulator conditioni pareret. L. 161. *Vide supra l. 39, l. 24, ff. de condit. & dem.*

CLXI. Quæ

*Nec vim nec damnum facit, qui jure agit.*

*In dilectis par mandato rati habitio.*

*Ex contractibus hæres tenetur in solidum.*

*Iisdem ferè modis obligamur, & liberamur, acquirimus, & amittimus.*

*In pari causa etiam delicti potior possessor.*

*Pœnam non petit qui in eam incidit.*

*Factum cuique suum nocet.*

*Pœna non exasperanda.*

*Excipere potest qui & agere.*

*\* Alicujus Successori non iterum nocet quod auctori nocuit.*

*Eadem emptoris causa quæ venditoris.*

*Jure nostro invito non utimur.*

*In contractibus hæres tenetur in solidum de dolo defuncti.*

*Consentiens venditioni pignus demittit.*

*Jam nostrum amplius nostrum fieri non potest.*

*Non venditioni consentiens.*

*Universitatem facit major pars.*

*Qui facit reconditioni pareatur, pro impleta eam habere debet.*

## CXXI.

*Necessitate recepta non in argumentum trahi. L. 162.*  
*sunt exem-*  
*plo.*

## CXXII.

*Vendere potest qui & jus est. L. 163.*  
*donare.*

## CXXIII.

*Judicium pœnalia judicia semel accepta, in hæredes transmitti possunt. L. 164. V. f. l. 38 & l. 44.*  
*fit in hæredem.*

## CXXIV.

*Non datur quod non accipientis non fiunt. L. 167.*  
*fit accipientis.*

## CXXV.

*Dolo caret qui iussu Judicis aliquid facit, non videtur dolo ret qui parum malo facere, qui parere necesse habet. L. 167, §. 1. V. inf. l. 169.*  
*dolo est qui non paruit. L. 199.*

## CXXVI.

*Benigniora in dubio sequenda.*  
*Rapienda occasio est, quæ præbet benignius responsum. L. 168.*  
*In re dubiâ benigniorem interpretationem sequi, non minus justius est, quàm tutius. L. 192, §. 1.*

## CXXVII.

*Ex affectione cuiusque que innotescit quod obsecutum est in ejus facto.*  
*Quod factum est, cum in obscuro sit, ex affectione cuiusque capit interpretationem. L. 168, §. 1.*

## CXXVIII.

*Dammum dat qui jubet: est, cui parere necesse sit. L. 169. Vide supra. L. non est culpa 167, §. 1.*

## CXXIX.

*Quod pendet, non est pro eo, quasi sit. L. 169, §. 1.*

## CL.

*Factum à Judice, quod ad officium ejus non pertinet, ratum non est. L. 170.*

## CLI.

*Nemo ideò obligatur quia recepturus est ab alio quod præstiterit. L. 171.*

## CLII.

*In contrahendâ venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum est. L. 172.*

## CLIII.

*Ambigua intentio ita accipienda est, ut res salva actori sit. L. 172, §. 1.*

## CLIV.

*In condemnatione personarum quæ in id, quod debet actori, facere possunt, damnantur, non totum quod habent, sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant. L. 173.*

## CLV.

*Cum verbum, restituas, lege invenitur, etsi non specialiter de fructibus additum est, tamen etiam fructus sunt restituendi. L. 172, §. 1.*

## CLVI.

*Unicuique sua mora nocet. Quod & in duobus reis promittendi observatur. L. 173, §. 2.*

## CLVII.

*Dolo facit qui petit quod redditurus est. L. 173, §. 3.*

## CLVIII.

*Quod quis, si velit, habere non potest, id repudiare non potest. L. 174, §. 1.*

## CLIX.

*Non debeo mellioris conditionis esse, quàm auctor meus, à quo jus in me transit. L. 175, §. 1. V. supra. l. 120.*

*Qui in jus dominiumve alterius succedit, jure ejus uti debet. L. 177.*

## CLX.

*Non est singulis concedendum, quod per Magistratum publicè possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi. L. 176.*

*Tome II.*

## CLXI.

*Nemo videtur dolo exequi, qui ignorat causam cur non debeat petere. L. 177, §. 1.*

## CLXII.

*Quod iussu alterius solvitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset. L. 180.*

## CLXIII.

*Si nemo subiit hæreditatem, omnis vis testamenti solvitur. L. 181.*

## CLXIV.

*Etsi nihil facillè mutandum est ex solemnibus, tamen ubi æquitas evidens poscit, subveniendum est. L. 183.*

## CLXV.

*Vani timoris iusta excusatio non est. L. 184.*

## CLXVI.

*Impossibile nulla obligatio. L. 185.*  
*Quæ rerum naturâ prohibentur, nullâ lege confirmata sunt. L. 188, §. 1.*

## CLXVII.

*Nihil peti potest ante id tempus quo per rerum naturam persolvi possit. Et cum solvendi tempus obligationi additur, nisi eo præterit, peti non potest. L. 186.*

## CLXVIII.

*Si quis prægnantem uxorem reliquit, non videtur sine liberis decessisse. L. 187.*

## CLXIX.

*Ubi pugnantia inter se in testamento juberentur, neutrum ratum est. L. 188.*

## CLXX.

*Quod evincitur in bonis non est. L. 190.*

## CLXXI.

*Neratius consultus, an quod beneficium dare se, quasi viventi, Cæsar rescripserat, jam defuncto dedisse existimaretur, respondit: non videri sibi Principem, quod ei, quem vivere existimabat, concessisset, defuncto concessisse. Quem tamen modum esse beneficium sui vellet, ipsius æstimationem esse. L. 191.*

## CLXXII.

*Ea quæ in partes dividi non possunt, solida à singulis hæredibus debentur. L. 192.*

## CLXXIII.

*Qui per successionem, quamvis longissimam, defuncto hæredes constituerunt, non minus hæredes intelliguntur, quàm qui principaliter hæredes existunt. L. 194. V. f. de verb. sign. L. 65.*

## CLXXIV.

*Expressa nocent, non expressa non nocent. L. 195.*

## CLXXV.

*Privilegia quædam causæ sunt, quædam personæ: & ideò quædam ad hæredem transmittuntur, quæ causæ sunt, quæ personæ sunt, ad hæredem non transeunt. L. 196, l. 3, in fine. L. 4, §. 3, de censibus.*

## CLXXVI.

*Semper in conjunctionibus non solum quid liceat considerandum est, sed & quid honestum sit. L. 197. V. f. l. 144.*

## CLXXVII.

*Neque in interdicto, neque in cæteris causis pupillo nocere oportet dolum tutoris: sive solvendo est, sive non est. L. 198. V. l. 4, §. 24 & 25, de doli exceptione.*

## CLXXVIII.

*Quoties nihil sine captione investigari potest, eligendum est quod minimum habeat iniquitatis. L. 200.*

## CLXXIX.

*Omnia quæ ex testamento proficiscuntur, ita statim eventus capiunt, si initium quoque sine vitio ceperint. L. 201.*

*Quæ ab initio fuit inutilis institutio, ex post facto convalescere non potest. L. 210.*

*Qui error petie sine dolo est.*

*Alteri meo iussu solutum mihi solutum est.*

*Ubi nullus hæres nullus testamentum.*

*Ex æquitate subveniendum.*

*Vanus timor non excusat.*

*Impossibile nulla obligatio.*

*Antetempus peti non potest.*

*Prægnantem relinquens non decedit sine liberis.*

*Pugnantia in testamento simul ruunt.*

*Evidentibus non sunt.*

*Jam mortuo collatum à Principe beneficium qui vivens temerè dedit, ad hæredem non transit, inconsulto Principe.*

*Individua debent hæredes in solidum.*

*Hæredes hæredum hæredes sunt.*

*Expressa nocent, non tacita.*

*Privilegia quæ rei cohærent ad hæredem transeunt, non quæ personæ.*

*In conjugii & honestum & licitum spectari debet.*

*Dolus tutoris pupillo non nocet.*

*Eligendum quod minus ab æquitate recedit.*

*Intestamentis ab initio inutilia non convalescunt.*

## CLXXX.

*Regula omnis periculosa.*  
 Omnis definitio jure civili periculosa est. Parùm est enim, ut non subverti posset. L. 202.

## CLXXXI.

*Sibi imputet qui suâ culpâ damnum sentit.*  
 Quod quis ex culpâ suâ damnum sentit, non intelligitur damnum sentire. L. 203.

## CLXXXII.

*Minus actio quam res.*  
 Minus est actionem habere, quàm rem L. 204.

## CLXXXIII.

*In nostris quæ obligavimus dominium exercemus.*  
 Plerumque fit, ut etiam ea, quæ nobis abire possint, proinde in eo statu sint, atque si non essent ejus con-

ditionis, ut abire possint: & idèd quod fisco obligamus, & vindicare interdum, & alienare, & servitutem in prædio imponere possumus. L. 205.

## CLXXXIV.

Jure naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento & injuriâ fieri locupletiozem. L. 206.

## CLXXXV.

Res judicata pro veritate accipitur. L. 207.

## CLXXXVI.

Non potest videri desuisse habere, qui nunquam habuit. L. 208.

*Non debemus aliorum detrimento locupletari. Judicatum pro vero est. Non desit habere qui nunquam habuit.*

F I N I S.

